ALEXANDRI
TARTAGNI IMOLENSIS
IVRISCON. CELEBERRIMI.

In I. & II. Digesti Veteris Partem, Commentaria.

Summo ſtudio & labore, nec non antiquorum Codicum ope ab innumeris propè mendis expurgata.

Cum Adnotationibus Clariſsimorum J. C. Franciſci Curtij, Bernardini Landriani, Franciſci à Doctoribus, Thomæ Diplouatatij, Julij Arg. & aliorum doctiſsimorum hominum.

Acceſſerunt huic omnium poſtremæ impreſſioni Legiſlatorum nomina cuiq; legi appoſita: Et ALEXANDRI VITA

Per Nicolaum Anto. Grauatium I. C. edita.

Communes opiniones ab Auctore citatæ hoc ☙ ſigno demonſtrantur.



VENETIIS APVD IVNTAS. M. D. LXX.

Rubricæ leges atq; § §. existentes in Prima, & Secunda parte. ff. veteris.

FINIS.



ALEXANDRI TARTAGNI

IVRISPERITISSIMI VITA,

PER NICOLAVM ANTONIVM GRAVATIVM, I. V. CONSVLTVM EDITA.

ALEXANDER Tartagnus nobili & præclaro ex genere, Forocornelio natus, in humanioribus litteris adeò celeriter profecit, cunctis approbantibus mirificam virtutis indolem, eiusq; vim ingenij, quod nec dari melius homini à Deo, nec optari maius à nobis potest, vt vix decimum quartum ætatis annum agens, Bononiam studiorum altricem ad perdiscendas sacratissimas leges concesserit.[g] Quibus multum operæ præbens (laboris nanque patientissimus erat) breui longè alios condiscipulos præcelluit. Is Ioannem Imolensem[a] ciuem suum audiuit, Ioannem Ananiam[b], & Florianum à sancto Petro[c] Bononienses, Angelum Gambilioneum[d] Aretinum, Paulum Castrensem[e], & Gasparem Arengherium[f]. Quibus multum admodùm charus fuit atq; iucundus planè, perspicua res videbatur, ac certa spes, eos à tam magno & egregio discipulo gloriam, quæ dulcis est, & laudem consequuturos. Nam, auctore Seneca[g], si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex fœtu gregis sui capit voluptatem, quid euenire credendum sit his, qui ingenia educauerunt? Doctoratus insignia[h] anno MCCCCXLV. ætatis verò suæ XXI. Bononiæ vbi plurimùm insudauerat, magno applausu, assentientibus omnibus consequutus est. Cæterùm patria repetita, ocium in legali philosophia consumabat; nec eo loci satis multos annos commoratus est. Nam accitus Bononiam[i] se contulit, vbi ius ciuile interpretando, magnum sibi nomen asciuit, famamq; factis extendit: itaque breui admodùm spatio, eruditorum confessione primas haud dubiè occupauit. Ferrariæ[k] quoque docuit, Papiæ[l], ac Paduæ[m], cuius nobilissimo Gymnasio pluribus annis magna cum laude præfuit. vbi cum Bartholomæo Cepolla I. C. Veronensi collega, fuit illi præcedendi causa, non obscura contentio[o]: cùm ipsi Bartholomæo, quanuis ætate superiori, locum dare nollet. Proinde, non iniuria putabat Alexander iuniores senioribus, doctrina tamen præstantiores, præferendos esse[o]. Quo sanè tempore Angelus Vbaldus Angeli senioris nepos, Alexander Neuus, Angelus Castrensis Pauli filius, Ioannes Baptista Rotellus, & Ioannes Baptista à sancto Blasio sacra iura & ipsi profitentes, Patauinam Academiam[p] ornabant.

a Ioànes Fichardus in vitis Iurisconsultorū.
b Alex. ipse rūso 26. nu. 4. & 178. num. 11. lib. 7.
c Catell. Cotta in memorał. tit. De Iurispe ritis.
d Alex. respon. 173. in princ. lib. 7.
e Alex. in additon. b. ad Bar. in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. in verb. voluntas captatoria.
f Hippol. Marl. in praxi. §. Opportunè, nu. 40.
g Epist. 34.
h In libro secretorū almi Collegij Bononiēsis, & supplemento Chronicorū Iacobi Philippi Bergomatis, Eremitanæ familiæ S. August.
i Alex. respon. 7. & 79. ad finem lib. 6. & alibi sæpe.
k Alex resp. 79. ad 6. lib. 5. & ad l. primam num. 12. ff. qđ quisque iur.
l Mantua in Epitom. virorū illustr.
m Alex. respon. 169. nu. 3. lib. 3. & in addit. ad Bar. ad l. 3. ff de iure aur. annu.
n Fel. ad rub. de maior. & obe. nu. 3. & Io. Fichar. ubi supra.
o Accursius in §. ordinatio. ver. tēpus, in authen. de Monach. vbi Ange Alex. & cæteri ad l. cum quid. ff. si cert. pet. Fel. loco paulò ante citato.
p Lib secretorū venerā ilis Collegij Patauini.

A Postremò

Postremò magnis propositis præmijs Bononiam iterum contendit,(existimabant enim cuncti eam demum ciuitatem beatam esse, quam Alexander sua præsentia decoraret) vbi Andrea Barbatio I. C. præclarissimo concurrente, vt cum vulgo loquar, donec vitam egit, professus est, totoq; notus orbe maximis semper fulxit honoribus. Et tantum sibi in hac scientia neruorũ comparauit, vt innumeri scholares vndiq; ab extremis etiam oris in ipsius scholis ad eum audiendum conuenirent. Etenim fœcundissimus erat, & vsq; adeò iurium ac testimoniorum vbertate, vel auctorũ vtebatur, vt velut parturiens ab ore copiam habere videretur. Apertus erat in dicendo, & in disputationibus insuperabilis, qui non tam subtilitatem, quàm veritatem inquirebat. Et quod magnum est & mirabile, difficiles res & obscuras, ipsoq; Labyrintho inflexiores sic aperiebat, quod dilucidius nemo omnium desiderare poterat. Iure igitur optimo subtilissimus Franciscus Accoltus Aretinus (vt fama percrebuit) Alexandrum Doctorem Chriseum, idest aureũ, appellabat. Et eo nominis splendore facundissimus Iason Mainus, [q] & clarissimus Franciscus Curtius senior [r] decorauerunt. quem & Doctorem insuper veridicum & illustrem dixere. Et celeberrimum fuisse, doctissimus Ioannes Baptista Caccialupus fatetur. [s] Et Felinus ille Sandeus incõparabilis doctrinę Iurisconsultus lucernam ardentem [t] cathedris iuris ciuilis, nouumque [u] luminare Alexandrum esse memoriæ prodidit. Et solennissimum modernum nuncupauit, vt eius verbis vtar, Petrus Philippus Cornens [t] magni vir ingenij. Et excellentissimum inter neotericos eruditus Pantaleo [y] Calderius. Et omnium iuditio in hac nostra iuris prudentia summum doctorem esse, candidum addidit calculum Andreas Tiraquellus [n] in omni doctrinæ genere exquisitè versatus. Et celebrem, suorumq; temporum principem vocauit argutus Rodericus [x] Suarez. Et elegans Catellianus Cotta [b] multis encomijs illum prosequutus est, nec non Ioannes Nevizanus [a] prodigiosus (vt ita dicam) scriptorum coaceruator. Sed quoniam vereor, ne in recensendis his, qui Alexandri doctrinam admirati sunt, atq; illum ad cœlestes extulere plagas (cùm ferè omnes fuerint) fastidium afferam; idcircò reliquos silentio percurrere visum fuit. Verùm ego te felicem ò Alexander, inter tot indita nomina vocabo, multorum sapientum linguis, grauibusq; testimonijs probatum. nam ea est profectò maxima laus, quæ à laudatis viris proficiscitur: & ab his præsertim, qui eadem vigerent ętate, quales Franciscus Accoltus, & Petrus Philippus Corneus fuerunt, qui & ipsi tum Pisis, tum Perusio summum locum in docendo tenebant. Si quidem solent homines maximè paribus inuidere, vt laudatissimus Cicero [d] scribit, & atrum effundere virus, quemadmodum Ouidius [e] his carminibus explicauit:

,, *Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,*
,, *Pectora felle virent, lingua est suffulta veneno.*
Et alibi [f]
,, *Ingenium magni liuor detractat Homeri.*

Quamobrem nemo dubius est, Alexandri famam vigere memoria seculorum omniũ, quam posteritas sic alet, vt ipsum etiam tempus edax rerum officere nunquam possit, aut delere. Claruit autem ipse sub Pio Secundo, Paulo item Secundo, & Sixto Quarto Põtificibus Maximis, & Federico Imperatore eius nominis Tertio, Anno MCCCCLX, & MCCCCLXXVII. Statura fuit nec procera nec breui, & gracili potius, quàm crasso corpore; facie aliquantulum longa, iucunda & amabili, oculis nigris, ac naso aquilino, grauis in sermone, grauis & in ipso incessu. Caputium in capite semper gestare perquàm sibi placuit, siue tornatile, vt vulgi more loquar, ac tonsam habere barbam. Optimis fuit moribus, & omni elegantia, suauitateq; sanè præditus. qui mirificè studio litterarum diuinarum delectatus est, musica etiam, & quandoq; venatione feriarum tempore. Diuitijs affluit, & auaritiam, qua nil fœdius, semper fugiendam duxit. Non ab re si peculiare fuerit illi (vt fama iactatum est) hoc dicterium: LEGIBVS VACAVI, VT SCIREM, NON VT EAS VENDEREM. Vxorem habuit, ex qua sex genuit filios, tres mares, Antonium, Carolum, & Camillum; & totidem fœminas, Lucretiam, Lauram & N. Antonius Iuriscõsultus extitit, sed ob corporis malam valetudinem, medicis citò mortem promittentibus nisi studia intermitteret, ea, licèt ægrè, linquere coactus fuit. Carolus vxorem duxit filiam Comitis Tiberij Maluetij Clarissimi viri Bononiensis: Camillus autem filiam Laurentij Heronis nobilis Florentini.

Laura

q Responf. 61. nu.5. lib.1.
r Responf. 12. col. 2. & 65. col. pen.
s In prælectione ad l.7. colũ. 31. C. de sum. Trini.
t In commentarijs ad cap. 2. nu. 32. de rescript.
n In cap. Rodulphus. nu. 23. ver. vltimo. eodem titu.
x Respon. 189. nu.5. lib.2.
y In legem ferũ dam, colũ. 12. ff. de rescind. vend.
z In l. si vnquã. in verb. susceperit liberos. nu. 72. C. de reuoc. don.
a Ad l. quoniã in prioribus, pagina 247. n. 3. C. de inoffi. test. & in procemium fori nu. 18. pagin. 339.
b Loco citato. De Iurisperitis.
c In sylu. nupt. lib. 5. n. Quomodo iudic. nu. 26.
d 2. de Orat.
e Lib. 2. Metamor.
f Lib. 2. de remed. amoris.

Laura Bonifacio Elephantucio I. C. nupta fuit, & N. Virginio Magnano, ambobus Bononiensibus, & summo loco natis. Verùm, illud inter cætera prætereundum esse minimè decreui, quòd apud me Alexandri extat imago ad viuum expressa; quam nobilissimi & ornatissimi viri Annibal Tartagnus & Camillus pronepotes miserunt. à quibus etiam multis de rebus ad nostrum institutum pertinentibus certior factus sum. Et posteriore parte simulacri signum hoc est, aut toreuma: Mons Parnasus, vbi Mercurius Caduceum læua manu tenens, dextraq; collum serpentis, in quo insidet, cum hoc titulo cernitur: VIGILANTIA FLORVI. Feruntur & Alexandri pulcherrima, laudatissimaq; monumenta in Pandectas, & Iustinianeum Codicem, lippis (quod aiunt) ac tonsoribus nota. Accessiones etiam ad Bartholi, Baldiq; commentaria; verùm dote maiore ea Bartholi locupletauit & ornauit, quem ex omnibus maximè amplexus est, & in summo semper habuit honore. Cæterùm, si Roderico Suarez[g] credimus, pleraque in Bartholi additamentis prauè citantur amanuensium vitio, vt rectè ait, non autem Alexandri, qui verissimè auctores semper aduocare solet: quamobrem illis non multùm fidendum, sed auctores citatos petendos esse admoneo. Sed porrò est, quòd animaduertatur, multa esse additamenta spuria, falsèque Alexandro adscripta, vt ex stylo his etiam liquet, qui à primo limine ipsum salutauere. Item celebratissima huius extant Responsa in septem distincta volumina (Consilia vulgò appellantur) vsque ad sydera nota, quæ diuina penè sunt, sic, vt sacros Tripodes (vt cum Ethnicis loquar) edocuisse, aut respondisse probè contendas. Nempè his doctrina excellentiores libros perscrutari nequaquam posse, omnium testimonio firmatum est. Profectò nihil in foro contingere, quod in ipsis non fuerit decisum, excogitari potest, quodque præ oculis explicatio non statim tibi occurrat. nam latus est campus & frugifer, in quo nil ieiunè tractatum inuenies, aut frigidè, sed ab imo ad summum præclarè omnia sic disputata, & confirmata, vt Alexandro duce secundissimè cursum tenebis, ac cuncta in vado esse cognosces. Verè igitur Andreas Alciatus Iurisperitorum eloquentissimus de eo prædicauit,[h] cùm dixit:

,, *Opinionum tutius Symplegadas*
,, *Superabis Alexandro duce.*

Et Philippus Decius Iurisperitus eminentissimus, qui nefas esse arbitratus est[i] ab Alexandri responsis, ne quidem latum vnguem tecedere, si contradicentem non habeat, cùm summo, illustrique loco sit eius auctoritas, ac satis apud omnes ponderis habeat, vt Iouis suffragium prouerbiali schemate rectè dici possit. Et nimirū, quoniam ipse veritatem summopere amplexus est, pro qua non secus ac pro muro pugnabat. Enimuerò fuit proprium Alexandri veritatem quærere, & omnium etiam erit, tanti viri vestigia sequentium, si nil pecuniarum gratia egerint, si iniustitiam fugerint, si non spe alliciantur, aut præmio, si non gratia flectantur, auctoritate vè frangantur, sed rectum animum habentes, vt hæc omnia ipse faciebat, stateram transiliendam non esse putarent. Quam ob causam iure & merito Doctorem veritatis Lancelotus Galliaula,[k] Iason Mainus,[l] Franciscus Curtius Secundus,[m] & Hieronymus Cagnolus[n] appellabant; nec alio epitheto preclara eruditione, atque doctrina I. C. Marcellus Beringutius Senensis præceptor meus Alexandrum nuncupare solebat. O pulcher, & insignis titulus, tanto cæteris sanè prestantior, quanto veritas ipsa omnibus, quæ sub cœlo sunt, excellentior est, atque prestantior. Nec Alexander cognomento magnus iure gloriari magis posset, quàm noster Alexander cognomine veridicus. Sed quorsum attinet huius diuini hominis laudes commemorare, cùm parui referat Alexandrum ne, aut virtutem laudem. Commentaria in titulum de actionibus, lib. iiij. Institutionum Iustiniani, quæ auctore Iasone Maino circunferuntur, plerique Alexandri fuisse contendunt, inter quos Ludouicus Gomesius,[o] & Additionator ad Philippi Decij consulta.[p] quod argumentum prestat, si eis credimus, scribendi stylus, dicendi vbertas; præsertim, quòd Alexander ipse titulum illum explanasse fatetur.[q] Verùm opinionem hanc confirmare fluctuat animus: nam pro Iasone multa succurrunt, quia & ipse locupletissimus fuit interpres & clarissimus, nec diuersa est phrasis, si scriptiones eius equilibrio pendamus. Accedat hominum fama, quoddam multitudinis testimonium, vt Cicero extra omnem ingenij aleam positus[r] autumat. Cæterùm, quantùm augurror coniectura, mihi persuadeo ad manus Iasonis, lucubrationes Alexandri præceptoris peruenisse, quas tandem sic auxisse & amplificasse, vt vix

Lynceus

g Ad legē post rem iudicatā, cap. Visum ē. nu. 11. pagina 672. ff. de re iudic.

h Lib. 1. Parergiuris, cap. 42.

i Respon. 62. nu. 2.

k In l. Cēturio, colum. 8. ff. de vulg. & pup.

l Eo quod citammus resp. 61. nu. 5. lib. j.

m Respon. 139. nu. 10.

n In l. si qua illustris, nu. 46. C. ad S. C. Orfic.

o Insti. de actio. in princip. rubricæ.

p Respon. 62.

q Ad l. Neratius, in additamentis ad Bart. ff. de pet. hæred. & alibi, vt per Gomes. proximè citato loco.

r Orat. pro Sest.

Lynceus discernere possit; cùm facile sit inuentis addere, vt tritum est sermone prouerbium. Fertur & Alexandrum librum Regularum edidisse, cum suis (quod aiunt) fallentijs, à doctis desideratum; necnon sextum Decretalium librum ac Clementinas epistolas, si Ioanni Abbati Spanhemensi[s] fides adhibenda est, commentarijs illustrasse. Verùm errore Ioannem hunc lapsum fuisse, rectè Thomas Diplouatatius animaduertit, cùm illa alterius sint, Alexandri scilicèt Antellæ I. C. Florentini. Pietatem maximopere colebat noster Alexander, interq; cætera pietatis officia, & illud obseruabat, quòd aduersus reos in iudicium capitis vocatos, nequaquam consulebat[t]. Hic publicè annis ferè xxx. docuit, ex cuius Academia tanquam ex æquo Troiano innumeri propè discipuli prodierunt. horum ex caterua, vt multos silentio inuoluam, memorabiles fuere Bartholomæus Socinus[u] Senensis, Iason Mainus,[x] Lancelotus Decius[y] Mediolanenses, Ioannes Marius Riminaldus[z] Ferrariensis, & Ludouicus Bologninus[a] Bononiensis. Statua marmoreo ex lapide à suis Forocornelienſibus honoratus est in Prætorio posita: egregium sanè factum, quoniam, nedum patriæ splendorem & ornamentum affert, sed ad excolendos animos mirum in modum iuuentutem excitat. quanquam illi fuerit etiam data ciuitas à Bononiensibus, vt de tam summo viro & clarissimo ciue posſint & ipsi lætari atq; gloriari. Mors hominem inuasit Millesimo Quadringentesimo septuagesimo septimo, cùm decies quinque supra tres vixisset annos, non sine litteratorum omnium maxima iactura: multo plus etenim profuisset, nisi naturę communis fragilitas celeriore cursu illum rapuisset. Sed quid mortem commemorem, cùm is memoria hominum sempiterna viuet? Nam, vt Oratius ait,[b]

,, *Dignum laude virum Musa vetat mori:*
,, *Cælo Musa beat.*

Sepultus est Bononiæ in æde Sancti Dominici, loco celebri propè aram maiorem, vbi monumentum eius elatum candido ex marmore operosè structum, cum hac inscriptione cernitur:

[s] lib. de scriptorib. ecclesiasticis, fol. 184.
[t] Alex. respon. 19. nu. 13. & 188. in princ. lib. 7.
[u] Alex. resp. 17. libr. 5. & 27. lib. 7. vtrobiq; in princ. Soc. in l. certi condictio col. 7. ff. si cert. pet.
[x] Ias. citato respon. 42. nu. 3. & Instit. de actio. in prin.
[y] Idem Lancel. in l. oës populi. col. 4. & 5. ff. de iust. & iure. & alibi sæpe.
[z] Alex. respon. 80. in ipsius vestibulo, lib. 5. & 145. lib. 7.
[a] Ludouic. ipse in repertorio ad dicta Alex. libr. 5. in primordio.
[b] Ode 8. lib. 4.

ALEXANDRO TARTAGNO IMOLENSI LEGVM VERISSIMO
AC FIDISSIMO INTERPRETI. Q. V. AN. LIII.
FILII PIENTISS. P. OPT. B. M. POS. OBIIT
ANNO M. CCCCLXXVII.

Et nos hoc recens epitaphium in eundem egimus.

,, *Terra vale, & Tartagni posside corpus auara,*
,, *Spiritus est summo redditus ipse Deo.*
,, *Cæsarei excellens fuerat, qui gloria iuris,*
,, *Hei, nunc perduro clauditur hoc lapide.*

Hæc ex multorum monumentis collegimus quæ ad Alexandri vitam pertinere visum fuit. verùm maiorem lucem citò proferendam esse, nequaquam ambigimus. Nam Guidus Pancirolus Regij decus, Academiæq; Patauinæ splendor, omnibus numeris Iurisperitus perfectus & absolutus vitas Iurisconsultorum quamprimùm in manus hominum dabit; maturus est iam partus. Et Hieronymus Magius Iurisconsultus Anglarensis præstantissimus, ac diui Marci Eques, hoc etiam argumenti genus scriptis persequi orsus est; operique suo, De Imaginibus I. C. titulum indidit. Deus igitur Opt. Max. cœpta secundet, & vtrq; bonis auibus expetitum videat finem.

LECTVRAE EXCELLENTISSIMI IVRIS MONARCHAE D. ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS.

In ff. Vetus, quibus accesserunt Francisci Curtij, Bernardini de Landriano, Anton. Francisci, & Thomæ Diplouatacij adnotamenta.

¶ De offic.eius cui man.est iurisd. Rubrica.

1 *Continuatio an, & quando sit facienda ad proxima, & an continuationes duę simul iunctę possint stare.*
2 *Statutum comprehendens plus vel minus q̃ in rubrica continetur, an valeat.*
3 *Delegari potest magistratus, & priuato, fallit in causis, quæ per sedem apostolicam, & eius delegatos delegantur.*
4 *Delegatus a principe est maior quolibet ordinario, quia principē representat.*
5 *Delegatus principis licet dignior sit ordinario, tamen ordinarius firmiorem habet iurisdictionem ipso.*
6 *Eximēs citatum à delegato principis vel ordinarij, an incidat in pœnam edicti, ne quis eum qui in ius voc. est vt eximat.*
7 *Delegatus principis non potest re ipsa citare, scilicet capiendo personam, quāuis ordinarius possit.*
8 *Delegatus principis ēt si sit de personis illustrib. mulctare nō potest nisi vsque ad sex solidos. & si sit de spectabilib. vel clarissimus, pōt vsq; ad tres, & tamē ordinarij iudices maiores, & grauiores mulctas imponere possunt.*
9 *Delegatus principis an possit suam sententiam exequi.*
10 *Delegatus principis an possit suam sententiam interpretari.*
11 *Delegatus principis non potest delegare causam cum potestate subdelegandi, licet sit secus in ordinario.*
12 *Delegatus iudex quis dicatur.*
13 *Vicegerēs est ille, cui superior cōmittit locū alterius, et habet iurisdiōnē ordinariā.*
14 *Vicarius, vel vicegerens rectoris, an gaudeat eadem immunitate, qua gaudet ipse rector, & quot sint species vicegerentium.*
15 *Vicarius episcopi etiam constitutus ab ipso episcopo dicitur ordinarius.*
16 *Vicarius seu vicegerens quot modis appelletur, & an, & quādo sit ordinarius, vel delegatus.*
17 *Vicarius electus a principe in loco ipsius principis dicitur ordinarius.*
18 *Vicarium seu vicegerentem quis possit sibi constituere, & quis non.*
19 *Vicarius constituere non possunt pręsides vel iudices ordinarij, vt eos mittant per prouinciam, vel per loca sibi subdita.*
20 *Snīa licet per alium ferri non possit, tū si iudex dicit, scribe, vel legas sententiā meo nomine, valebit sententia, quia ex consuetudine pōt per alium expediri.*
21 *Sententia lata per vnum arbitrum tm̄, pręsentibus alijs arbitris, an valeat.*
22 *Snīa nō pōt ferri p assessorē, & qñ sunt plures iudices habētes iurisdictionē in eadem causa, vnus ipsorum non potest mandato aliorum presentiū iudicare.*
23 *Delegati regulariter non possunt subdelegare, quod in ordinarijs est secus.*

IN glossa rubricæ.

1 Ibi alij sic &c. † Vtranq; cōtinuationē cōiter doc. approbant, excepto Paul. de Ca. q tenens primā, secundā īpro-
a bat[a] eo q̃a rubricæ non ꝯuenit. quæ posthceē tractatū de offi. eius cui mā. est iurisf. & sic de officio dele. sed delegare cām ad officij delegātis ꝑtinet. Tñ vr̄ glo. ab hac ipugnatione posse tueri, cū in hoc artic. & ꝓsertim i.l.ij. & in.l.cognitio.ver. cū ꝓprīā. legislator ēt plene tractet de ordinarijs delegātib[a]. Nec est incōueniēs q legislator qñq; plenius
b tractet in nigro, q̃ dictet breuis inscripta rub.& qñq; eꝯ,[b] vt in auc.de incest.nup. in prin.& ibi gl. in ver.illicitas.& no.in rub.C. de reli.& sum pt.fun. & in rub.C.de reb.cre.& in rub.C.de spon.
2 & gl.insti. de obli. quæ ex deli.in prin.in ver.maleficio.†Qđ facit ad quæstionem statuti comprehendēis plus vel minus q̃ in rub. contineatur.de qua vide per Ioan.de Imol.in rub.j.de ver.obli.& pet.Paul.de Cast.in consi. cccxxxiij. incip. in Christi nomine, phs
3 casus,&c.& per Sal.& Rom.in.l.j.ff.si cer.pet.¶†In ea.ibi,de scđo nihil &c.Sed veritas est q etiā in hoc tit.aliqualiter tractaē cui delegari possit.l.& si prætor.& in.l.fi.§.j.j. eo. vbi habeē, & magistratui.& priuato delegari posse.plenius habeē in.l. eum q.in princi. vbi p gl.& doc.j.ti.ij. & in.l.j.C.q ꝑ sua iuris.& in.c.past.de of. or. & in.c.past.in prin. de of.dele.Et de hoc ēt hr̄ in.c.statutū. de resi vj.& ibi lītaē illud q dixi.s. cām posse priuato delegari. Nā fallit ī causis, quæ ꝑ sedē apostolicā, & eius legatos delegaē. q̃a debēt
c viris in dignitate[c] ꝯstitutis delegari.de quo dicēdū, vt ibi.& ī cle.
4 ij.de rescr.¶†Quęrūt hic doc. & ꝓcipue Mod.[d] quare ī cōpilatio-
d ne decretaliū primo positus ē ti. de of.dele. postea positus ē ti.de of.or. hic aūt sit eꝯ.Rñdēt, q̃a ibi tractaē pricipalr de deleg.a principe, q sunt maiores quolibet ordinario, q̃a principē rep̄sentant. alleg.c.studuisti.de of.le.& meli' ꝓbaē i.d.c.pastora.đ of.or.& leg. & no.i.c.sane q̃a de of.dele. Hic aūt de delegatis ab ordinarijs, q inferiores sunt ordinarijs, q̃a causatū nō pōt esse dignius sua cā. Vñ tales delegati respectu ordinariorū, pedanei appellanē.l.ij. §. si quis ad pedaneū.& ibi no.j.ne q s eū q in ius voc. est vi. exi.&
e C.de peda.iud.p totum.Ita ēt rñdēt Can.[e] in rub. ex̄ de of.dele.
5 ¶†Aduerte tñ, q̃a nō vr̄ bñ dictū, dū absolute dicūt delegatum principis quolibet ordinario esse maiorē. ¶ Nam vt inquit Arch. no.ij.q.vj.si eṕs. q licet delegatus principis dignior sit ordinario, tñ ordinarius firmiorē habet iurisdictionē ipo.& idē dicit Bal.eū secutus in.l.si vt proponis. la.j.ver. sed si dubitat. C. qūo & qñ iudex.¶ Vñ ꝑ hoc infert q licet ordinarius lata ꝑ se ipsū snīa nulla
f possit iterū iudicare[f].l.si p̄ses.C.qūo & qñ iud.&.l.iiij.C. de acc. secus est in delegato.d.l.si vt ꝓponis.ſm eūdem intellectū.etiam si sit deleg.prin.ſm Bal.Quia delegatus principis adeo firmā & efficacē iurisdōnē nō habet sicut ordinari'. qđ ē no.Ang.tñ i.l. iudex postq̃.j.de re.iur.nō facta mētione de Bal. dicebat simpl̄r q delegatus principis, q snīam nulliter tulit, debet posse iterato cogno-
6 scere sicut ordinari', cui eq parari vr̄, ar.l. a iudice.C.de iud.†& ꝑ illa decisio.Ang.facit q no.Bal.in rub.de offic.delega.vbi voluit q licet eximēs citatū a delegato nō incurrat penā edicti posit.i tit.j. ne q s eū q in ius voc.ē vi.exi. p.l.iij §. si q s.e.ti. tñ secus i eximēte
g citatū a delegato principis,[g] q̃a idē erit q in eximēte citatum ab ordi-

ADDITIONES.

a ¶Improbat. Adde tu q ſm Rap ambę cōtinuatiões simul iūctę pōt stare, q̃a licet quædā leges de ordinario loquanē, tñ nō est inconueniens.q̃a si sunt correlatiua sunt cōnexa· q̃a nō pt plene tradi doctrina delegatorū, nisi ēt tradaē ordinariorū.Et iō in l.ij.§. de ita.ho.dixi pōderandū circa gl.nr̄am.q de necessitate omnis lex non debet loq de mā.tituli, q̃a satis est q maior pars sit illa mā. Qđ ēt voluit gl.in l.fi.in fi prin.in ver.posse iepeti.j̄.de condi.inde.& dicit elegāter Ang. in l. vim facit.j̄.de vi & ui ar. q licet vna lex nō loquaē de ti.nō ꝓpea debet ab eadem impediri cōtinuatio,sicut cōtingit in d.l.vim facit.q̃ loquaē de vi turbatiua & totus ille ti.loquiē de vi expulsiua.Et adde l. si p̄tor.j̄.eo. posset ēt rñderi q non est inconueniens q p̄tor qui est ordinarius. vt no.gl.in rub.j̄.de off. p̄tor. in casu illius.l.efficiaē delegatus l ius simile.Et ibi pōderat Bal j̄.de iu.& iur.Et iō singulariter dicit Pañ.in c significasti.in fi.ex̄ de for.cōpe. q si eṕs cām inter duos clericos corā eo vertentē, delegaret potestati laico, q potestas episcopi diceretur deleg.per tex. in d.l.& si prætor. & posset excōmunicare litigātes, vel impedientes iurisdictionē suam, sicut potuisset episcopus, licet alias iudex laicus nō excommunicet.c.intelleximus.& ibi gl.& doc extra de iu. Fran. Cur.

b ¶ Qñq. ecōtra. Adde ꝑ hoc.j̄.de edi.edic. vbi nigrū plura cōtinet q̃ rubrū.qñ tñ nigrū est dubium, declaraē per rubrū, ita Lu.consi cuij.de quo p eundē cōsi.xvj. per Abb.Sicul in proœ decre.& cōsi.xvj. Et not. q rubricæ statutorum vel legū consonātes tex.pōt allegari pro tex.ita dicit gl.iij.rub.si quis testa.li.esse iuss. fue.

c ¶ In dignitate.Adde quæ posuit in d.cle.in apostil. ad Io.de Imo. Et dic q si papa committit causam monacho habenti administrationem vel officium, non facta mentione de monachatu, valet cōmissio ſcđm Ro. deci.ccia. de rescri.in nou. Et q papa & eius legatus non delegant nisi cōstitutis in dignitate. Adde eun.Alex. in consi.lxxvij.vet. Et ad istud.in ij.volu. Franc.Cur.

¶ Adde q imo delegari o sit p papa & eius legatū, ēt nō cōstitutis ī dignitatibus, dūmodo sint canonici ecclesiarū cathedra. qui nō dñt esse in dignitate, vt in c.statutū.vbi plene p Rom. & alios scribē.de rescr.in vj. p illū tex.dū ibi dicit tex. cōstitutis in dignitate, & cano. notādo copula & quæ solet poni inter diuersa. Ant.F.

d ¶ Mod. Vide hic per Ias.plene, & Andr.Barba.in rub.de offi.& pot iud.del.& ibi Felv. Tho.diplo.

e ¶ Canoni. Adde in grū.d.Ias.cōpatriota, & d.honorādissi.dicit q in ordine ti.decre.& istorū nō est dr̄ia, vt hic latius p eū.dic ꝑ eo facere q voluit Io.Mona.in ru. de offi.dele. in vj. vbi dicit q papa p̄misit, de offi vic. qui hēc ordinariā antequā du delega.q̃ est eꝯordinaria.& q iurisdictio vicarij sit ordinaria, cōprobaē ex l. ij. C. de offi.eius q vi.alt ge.& c.romana.j. ti de app.in vj. de quo latius j̄. p Alex sub dit tñ & si posset dici delegata.tñ q̃a ad vniuersitatē cārū est dignior q̃ deleg.ca ad vnā cām, iō p̄mitti debuit de off. vic.anteq̃ de offi.dele.& q iurisdictio deleg. sit eꝯordinaria alle.i arg.l.actor.j̄ de neg.ges.tu dic q Bal.no tex.i l.ij.C.d dila.

f ¶ Iterum iudicare. Sequitur Lud. Ro.consi.ccclvij. intellige vr̄ ibi per eū. & vide in Spe in tit.de offi.om.iud.§.sequitur.versi.quid si proponeus & in titu.de sen. §.qualiter ver.hic quoque notandum.

g ¶ Principis Pro hoc facit q voluit Arch.post Goff. in c.si contra vnum. de offic. deleg. q delegati prin.& ordi.possunt cām cōmittere, cum clausula q si ambo, non tamen deleg.ab inferiore, & hoc sequitur Phi. & Benedi.Cape. an delega. posset punire impedientes suā iurisd.vide Spec.in tit.de iudic. deleg.§.sequitur, ver.item ad eius offi.& ver.seq.

ordinario. nihil tñ alle. ꝯtriũ tñ tenuit Pau. de cast. in l. j. in prin. ff. ne q̃s eũ, q in ius voc. ꝑ no. ꝑ Inno. in c. j. de offi dele. Et illud placet per. j. dicenda, q̃uis Io. Fab. in §. item aduersus. instit. de act. teneat idẽ ꝙ Bal. q̃a fm eũ est maior ordinario. d. c. sane, vel equiparatur ordinario. l. a iudice. C. de iud. Ioã. de imol. in ꝑalle. l. iudex postq̃. dixit illud ꝙ ibi dicit Ang. re uera. nõ reperiri clare expssum. quia d. l. a iudice. hoc nõ dicit. licet. n. ibi & in multis locis hẽamus multa spãliter ꝯcessa delegatis a pricipe, puta vt possint subdelegare & suam sñiam exeq., vt. d. l. a iudice. c. cũ cãm. de appella. l. fi. C. de iud. c. significasti. de offi. deleg. tñ nõ repit ꝙ possint iterũ cognoscere, & iudicare, si nulliter iudicauerunt. Iõ dicit decisionẽ Ang. nõ esse sine scrupulo, nõ tñ de decisione Bal. mentionẽ facit. Bal. in. c. in lris. de offi. dele. tenet illud idẽ ꝙ tenuit in. d. l. vt si ꝑponis. per illã. l. quæ simpliciter, & indistin. loquit i delegato. ¶ Pro eius op. & ꝯtr ꝙ sit maior, & firmior iurisditio ordinarij, adduco prio tex. in auc. ad hec. C. de iudi. vbi ordinarius qñ vult sibi reseruare sñiam, põt nihilominus cãm delegare, dũmodo cãm ter audiat Sed delegatus, vt ibi hr de iure ciuili, si vult sibi seruare sñiam, nõ põt alteri cãm demandare, & ibi intelligitur de delegato principis, q̃a cõstat aliũ delegatũ nõ posse subdelegare. l. more. j. tit. ij. & d. l. a iudice. ergo apparet ꝙ ordinarius firmiorẽ habet iurisdõnẽ, vt ẽt ibi colligit Sal. bene fateor ꝙ est dignior respectu ꝑsonę delegentis, & hac rõne potuit ꝑponi ru. ex. de of. delega. q̃a in cã sibi deleg. dr maior q̃ sit in ordinarius in ipsa cã delega. a principe, cũ fuerit excẽpta a iurisdõne ordinaria. & ita intelligitur text. in. c. pasto. cum alijs alle. s. cũ singulari limitatione, quã posuit Abb. Sicu. in. d. c. dilecti. lo vltimo. de appel. ꝑ sing. tex. in. l. si hoiem. ff. mãda. scilicet nisi ex causa nouiter suborta[a] & nõ considerata à delegante. Bene facit ꝙ signanter not. Bald. in l. oẽs populi. de iu. & iur. & & doc. in c. fi. post Innoc. de transa. per illum tex. Sed ꝙ delegatus principis in causa sibi delegata habeat maiorẽ, & firmiorẽ iurisdictionẽ, quã habeat ordinarius i causis suę iurisdictionis, hoc nõ vr verum immo est ꝯtrarium dicendũ per prædicta. ¶ Quod secũdo comprobo per tex. in c. quęrenti. & ꝙ ibi not. de offi. deleg. vbi delegatus principis non põt vltra annum suã sententiam exequi, ꝙ tpus nõ est ita restrictũ, & limitatum in ordinario. ¶ †Tertio, ꝓbo per id ꝙ habet in §. si vero ẽt quidam iurent. in auc. de exhi. reis. vbi tñ violando tex. vr probari ꝙ delegatus ẽt principis non possit reipsa citari. s. capiendo personam, q̃uis ordinarius possit l. consentaneum. C. qñ, & quãdo iud. & hunc intellectũ ad illum §. si vero. sequitur expresse Cyn. & Bal. in d. l. cõsentaneum & Sal. & Fulg. in l. j. j. tit. ij. & ibi dicunt ꝙ non sequitur, delegatus principis habet loco ordinarij, quo ad hoc vt delegare possit. ergo in alijs debet haberi pro ordinario. l. ius singulare. & l. ꝙ vero. ff. de le. de hoc tñ an delegatus principis re ipsa citare possit, veniet plenius dicendũ in d. l. ij & ad ibi dicẽda q̃tum ad hoc me remitto. ¶ †Quarto per l. ij. C. de sportul. vbi apparet ꝙ delegatus principis, ẽt si sit de personis illustrib. mulctare non, põt vsq; ad sex solidos, & si sit de spectabilib. vel clarissimis, põt vsq; ad tres, & tñ ordinarij iudices maiores, & grauiores mulctas imponere possunt l. eos. C. de modo mulc. q̃uis Anto. de Butr. in c. de causis. de offi. dele. fortasse tũc immemor. d. l. ij. dixerit ꝯ illam l. iuncta d. l. eos. nam voluit ipse ꝙ delegatus pricipis possit eas graues mulctas imponere[b], quas ordinarius imponere posset, quia delegatus principis videtur esse de numero maximorum iudicum, vt inquit Specu. in titu. de iur. omn. iudi. in versi. sunt & alij. per d. c. studuisti. & c. si quando & c. pasto. de offic. deleg. vnde merito reprehendi videtur per Ioan. de Imol. in d. c. de causis. ¶ Quinto, per c. inter cætera. & c. fin. de offi. ord. & c. causam. de elect. iuncto. c. fin. de offic. deleg. & c. is cui eo. titu. lib. vj. vbi delegatus principis non potest demandare[c] potestatem absoluendi excõmunicatum, præiudicandi, cauendi, prouidendi ecclesijs de ꝑlatis, & tamẽ ordinarius hæc mandare põt ¶ Sexto, no. per glo. in l. à diuo pio. in princ. in j. glo. ma. de re iud. quæ vult ꝙ licet aliqua specialiter ꝯ ius cõmune sint à iure permissa delegato principis, tamen nõ potest alia explicare quę prohibẽtur alijs delegatis, nisi specialiter repe[ri]atur permissum delegato principis. †Vnde ex hoc infert glo. ib[i] delegatum principis non posse suam sententiã exequi, sicut ne[c] alius delegatus potest, per illam l. à diuo pio. in princ. & l. proper[a]ndũ. §. sin aũt reus. C. de iudi. & videtur probari in d. §. si vero etia[m]. & sequitur hoc Pet. & Cyn. & Fulg. in l. iubere. & Dyn. in d. l. à diuo pio. licet Bart. & quidã alij in hoc teneant delegatum principis posse suam sententiam exequi[d] etiam de iure ciui. per l. fin. C. de iudi. quæ tñ vt mihi semper visum fuit, nõ videt illam opi. probare, cũ loquatur tam in alio delegato q̃ in delegato principis. & intelligendo illã pio ut facit ibi glo in ver. mandata. ille tex. nihil facit, vt ẽt ibi dicit Ang. †Septimo, probatur per id ꝙ tradit not. Ioan. de Imo. in l. ab exequutore. in princ. ff. de app. vbi voluit ꝙ licet ordinarius possit suam sententiã ambiguã interpretari, vt ibi; tamẽ delegatus non potest, vt ibi per glo. & doc. & intelligit ipse sub dubio tamẽ forte, ꝙ procederet ẽt in delegato principis, cum hoc nõ reperiatur ei permissum, sed ordinario, vt ibi per eum. Hoc tamen vltimũ de interpretatione non pono ꝓ constanti, q̃a per alias rõnes separatas ab articulo nostro videretur posse ostẽdi ꝙ possit interpretari, sed q̃a sunt diuersę ab arti. nostro, ideo omitto ¶ Est verũ ꝙ Rap. Cu. in d. l. ab exequutore. simpliciter vr tenere delegatũ principis posse interpretari. motus simplr, q̃a est maior ordinario d. c. pasto. sed nõ est vrgens ratio, vt ex prædictis apparet. ¶ Octauo, probatur, q̃a hãc opin. etiam tenet Iac. de Bel. in auct. vt defuncti seu funera. §. fi. col. v. per illum text. vnde sumit auct. ad hæc. C. de iud. Et pro hoc adducit, q̃a iniquũ videt ꝙ delegatus principis sit maior q̃ ordinarius, cũ iurisdictionem habeant à principe c. j. §. iudices. de pa. iur. firman. Et dicit ꝙ dicit bene maior q̃tum ad hoc vt ordinarius non possit illi inhibere, sed solus delegatus. & per hoc ipse reprehendit glo. in l. j. C. qui pro sua iurisdictione. quæ tenet ꝙ delegatus principis possit delegare cãm meri imperij, q̃ nõ potest delegare ordinarius. ¶ †Nono, probat, quia delegatus principis non põt delegare cãm cũ potestate subdelegandi, vt est gl. reputata sing. in c. super q̃onum. §. porro. in ver. transfert totam. de offic. deleg. not. Spec. in tit. de iud. deleg. §. ij. ver. sed nunquid subdelegatus. & Io. An. in c. is cui. de offi. dele. in vj. in nouel. & tamen ordinarius põt illã potestatem dare suo delegato[e] fm cõem opi. vt tenet glo. in d. c. is cui. & Cy. & doc. cõiter in l. a iudice. C. de iud. & Bar. & alij in l. more. j. titu. ij. & ibi dicetur. ¶ Decimo, probatur, quia delegatus principis, postq̃ est recusatus, nõ potest causam per se alteri cõmittere c. iudex ad apostolicam. de offi. deleg. in vj. secus in ordinario c. si quis ꝯ. de for. comp. c. cũ speciali. & ibi not. de appel. Et stat ꝯclusio, delegatum principis nõ habere firmiorẽ seu maiorem iurisdictionẽ in causa sibi delegata, q̃ habeat ordinarius in alijs causis ordinarijs, sed ecõtra.[f] Dignior aũt[g] est cum fungatur vice delegantis, vt in d. c. sane quia & l. solet. j. titu. ij. ¶ Et qm̃ author in rub. ostendit se tractaturum de offic. eius cui man. est iurisd. & sic de off. deleg. †videndum est q̃s sit iudex delegatus, nam ad cognitionem eorũ, quę specialiter tractaturi sumus circa officium iudi. delegati, est primo in genere videndum, quis sit iudex delegatus, vt etiã seruat l. C. in l. j. ff. si cert. pet. & in l. j. s. de iust. & iur. & ff. de seruit. in generali, vbi illum tractatũ in genere ꝑmittit, anteq̃ deueniat ad speciales tractatus seruitutum prędialium. & idem in tit. de bon. pos. Vnde fm Host. in summa de offi. deleg. in princ. Spec. in tit. j. in prin. & Cano. in rub. de offic. deleg. & Bald. in l. & quia. j. titu. ij. Rñ. põt, ꝙ est ille, cui à principe vel ab ordinario principis, seu à delegato, seu ab alio qui demãdare põt cã cõmittit vicegerẽs delegantis, & ꝑpriũ nihil hñs, vt ꝓbat in l. j. §. q̃ mandati. j. eo. & in l. more. j. tit. ij. & in d. l. à iudice. & in c. cum cãm. de app. Et ad tollendũ oẽ dubiũ, est subaudiendu[m], dũ dñt cã cõmittit, vel ẽt principiũ cãe, vel finis causę q̃uis tota tã nõ committat, c. super q̃onum. §. j. & §. verũ. extra de off. dele. Sed q̃a ibi in diffinitione dñt vices representãs delegãtis, seu gerẽs, vñr isti sentire ꝙ vicegerens dicatur delegatus, & sit idẽ ꝙ delegatus. Sed ꝯtrarium vr ꝓbari in l. ij. in gl. C. de offi. eius q̃ vi. alt. ge. †Et Bart. ibi dixit differentiam esse inter delegatũ, & vicegerentẽ, q̃a delegatus est ille, cui ipsemet iudex cõmittit, sed vicegerens est ille, cui superior cõmittit in locũ alterius, & ille habet iurisdõnem ordinariã. d. l. ij. vbi patet ꝙ põt expedire ea quę nõ sunt delegabilia. Tñ circa hoc aduertẽdũ puto, q̃a ꝯ hos vñr esse iura multa, multeq; authoritates, nam ꝯ Bart. in d. l. ij. videt text. in c. tua. de offic. vic. & in c. j. & fi. eo. tit. lib. vj. xciiij. dist. c. j. l. sciendum §. legati. ff. de leg. & text. scdm verum intellectũ in l. j. §. j. infra quis, & à quo app. & glo. in l. aliq̃n

---

ADDITIONES.

a ¶ Suborta. Adde ꝙ voluit Rom. consi. cccxxv. per Lillam.

b ¶ Mulctas imponere. Adde Ang. consi. viij. & Spe. in d. §. qualiter. X. alle.

c ¶ Demandare. Limita per Do. de Rota. decis. suis. decisione cclxij. si episcopus. in antiq. de offic. deleg.

d ¶ Exequi. An dele. possit suam sen. exe. vide Spe. in ti. de sen. exe. §. nunc dicendũ. in princi. per Cald. cons. j. de offic. deleg.

e ¶ Suo delegato. Adde Dom. de Ro. decis. suis. decisi. cclxviij. in anti. de offi. dele. & ꝙ hic dicitur. limita secundũ Do. in d. c. is cui Bernard.

f ¶ Sed cꝯ. Adde ꝓ confirmatione facta, ꝙ volunt Dom. de Ro. decis. suis de iud. in not. vbi voluit ꝙ ꝓcessus habitus corã ordinario excõicato, valet, sed nõ corã delegato, & dñt ibi rationẽ esse, q̃a iurisdictio ordinaria est fauorabilis, deleg. autẽ stricta, & extraord. subdũt tñ ꝙ curia tenet ꝙ ꝓcessus habitus corã auditore excõicato valet. itẽ facit ꝙ vol. in Inno. in c. super q̃onum. de offi deleg. ꝙ si delegatus cõpetens assumit sibi incõpetentẽ, non valet ꝓcessus: secus in plurib. ordinarijs. item ꝙ voluit Ro. consi cxcvij. ꝙ statutum loquens de delegato non debet trahi ad ordinarium, cuius iurisdictio est fauorabilior.

g ¶ Dignior aũt. An aũt delegatus pricipis sit dignior, & maior ordinario, vide tu pulchrũ consiliũ And. Barb. Sic. in rub. de offi. & pot. iud. deleg. & vide ẽt Bal. in l. non tenus paratus. circa fi. j. de procu. & Can. in c. significante. extra de app. Frã.

aliqñ.ff. de offic.procon.Bart.in l. obseruare. eod.tit. & in l.j.ff. de
14 tut.& cur.da.ab his.& idem Bar.in l.filius.ff.de lega.†ff.vbi quærit
15 an vicarius, vel vicegerens rectoris gaudeat immunitate eadem [a]
qua gaudet ipse rector. & ꝯcludit duas esse species vicegerentiũ.
Quidam enim sunt ꝯstituti ab ipsomet rectore in locum eius, &
isti non gaudent immunitate d.l.filius. & l. vicarius.eod.titu.Qui-
dam sunt constituti ab ipsa vniuersitate, quę consueuit eligere re-
ctorem, & in locum mortui rectoris vel absentis constituit vica-
rium,& iste gaudet immunitate.l.fin.C.vt dig.or.seruetur.lib.xij.
& de isto loquit.l.ij.C. de offic. eius,qui vi.al.ge. ſm eum. Et cum
Bart.hic ꝯcordat Bald.in d.l. aliquãdo.ff.de offic.ꝓcon.& d.Card.
Flo.in clem.j.in vj.opp.de offic. vic. per illum tex. cum glo. in ver.
sacerdotium. vbi dixit ꝙ de cõsuetudine seruatur ꝙ indubie vice
rector gaudeat immunitate, sicut rector. Et pro hoc vide Bart.in
d.l.filius.vltra cum potest allegari optimus tex.in l.pen.in fi.C.de
aqueduct.lib.xj.& xciij. dist.c.fin. Ecce ergo ꝙ vicarius, & vicege-
rens põt dici nõ solũ ille,q à superiore cõstituitur in locũ alterius
absentis vel defuncti,sed ẽt si constituat ab ipsomet ꝯstituente vi
carium in loco ipsius constituentis.Et plus est q̃a vtroq; casu vi-
15 carij, seu vicegerẽtes videnẽ ordinarij,†vñ vicarius episcopi etiã
b cõstitutus ab ipso episcopo dicit ordinarius. [b] c.romana.in prin.&
ibi glo.in ver.generaliter.de appel in vj.& l.præcipimus.in princi.
& ibi Bart. C.de appel.& c.tua.& ibi not.per Inno.de offic.vica.&
glo.xxiv.distin.c.perlectis.& in c.ij.de offic.vica.in vj. glo. & doc.in
l.nec quicq̃.§.vbi decretum.ff.de offic.ꝓcon.Host.& Ioã.An. in c.
16 ij.ne prela.vic.suas.† ¶ Sed in hoc puto ꝓ veritate cõsiderandũ,ꝙ
iura qñq; appellant vicegerentẽ seu vicarium illũ,q a lege habet
locũ absentis,vt Archidiaconũ vicegerentẽ episcopi,absentis,vel
impediti,& hoc est a lege vt in c.j.de offi. arch. Quãdoq; appellãt
vicariũ seu vicegerentẽ,illũ,q ab aliquo superiore est assumptus
in vicarium alterius absentis, vel mortui.l.ij. C. de offic.eius q vi.
alte.ge.& l.j.§.à præfectis.ff.de leg.iij.c.ad hæc. de offic.vic. & istis
duob.casib.sine dubio habet ordinariã iurisdictionẽ.d.l.ij. de offi.
eius,qui vi.& d.§.à præfectis.cum alijs.ĩ. alleg. ¶ Tertio modo, iu
ra qñq; appellant delegatũ vicegerentẽ ipsius delegãtis.q̃uis cõ-
stituens vsus fuerit verbo delego,vel simili.vt d.c.sane,quia isto ca
su large accipitur vicarius seu vicegerẽs,vt d. c. sane q̃a.& l. solet.
17 ĵ.tit.ij.¶ †Quarto modo, iura appellant vicarium,seu vicegerentẽ
illum,q abiq; eo ꝙ ꝯstituẽs vsus fuerit verbo delego, fuit creatus
vicarius,vel vicegerẽs.& hæc est omnis dubitatio, in qua sic puto
ꝯcludendũ.Aut eligetur vicarius à principe in loco ipsius princi-
pis,puta in vrbe Rom. & istè non est delegatus,sed ordinarius ita
ꝓprie loquitur text.in d.c.tua.& ibi not.doc. Nam princeps est q.
dare põt iurisdictionem ordinariã.l.j.§.cum vrbem de offi.præfec.
vrb.& plene in l.more.ĵ.tit.ij.& in c.cũ ab ecclesiarum præall e.Si
autẽ inferior à principe ꝯstituat in locũ suum vicariũ, vel vicege-
rentẽ,tunc duę videnẽ mihi differentiæ inter ius canonicum & ci
uile. Quia de iure canonico. vicario episcopi videmus à l. tribu-
tam esse iurisdictionẽ ordinariã. d.c.roma. & not.in d.c.perlectis.
& in d.c.ij.de offic.vic.in vj.& in d.c.ij.de ꝯstitu. & not. doc.in d. c.
ij.ne præla.vices suas.est.n.vnũ & idem tribunal. Sed de iure ciui.
talis vicarius non habet ordinariã,q̃a inferior eum ꝯstituens sibi
eam dare non põt d.l.more.nec reperit ꝙ lex ei det.vt in §.ad hæc
ꝓhibemus.in auth.de colla.l.solent.in princ.l.legati.de offic. pro-
con.sed de iure can.lex ei tribuit ordinariam, vt dixi Et ſm istam
intelligere oportet Bald.in l.aliqñ.de offi. procon. inq̃ tum dixit,
ꝙ nedum vicarius,siue suffectus in locum ordinarij decedẽtis ha-
bet ordinariam.d.l.ij.de offic.eius q vic. Sed etiã in locum nõ de-
ficientis,dũmodo sedeat in eodẽ tribunali.c.ij.de ꝯsue.in vj.Et ad
prędicta ẽt videnda sunt no.ꝑ Bart.in d.l.j.§.hi q b.de leg.iij.Et vbi
dixi vicarium vel vicegerentẽ episcopi esse ordinariũ, illud est ve
rum, vbi est vicarius gñalis:secus si in certa parte diœcesis ad cer
tos actus esset ꝯstitutus,cum nõ sit ꝓprie vnum & idem tribunal
cũ episcopo. Hoc est ꝙ voluit glo. reputata not.in clemẽ.ij.in glo.
ante pc.de rescr.& Bar.in l.j.§.fi.ff.quis & à quo app.& Bal. in rub.
ex de offic.deleg.& Ang.in l.præcipimus.C.de app.& satis proba
18 tur in præall e.c.roma.& in prin.& in d.clem.ij.cum simi.† Alia est
differẽtia inter ius canonicũ,& ius ciuile: q̃a licet episcopus pos-
sit facere vicarium,vt dixi ꝑ d.c.ij.& fi.& c.vt offic.& c.fin. de hær.
in vj. Tñ magr̃atus ab Imperatore creati non pñt regl̃r sibi consti
tuere vicarios.§.nulla. in auct. de defen.ciuita. & in auct. de man.
prin.§.cos.& in auc.vt iud.sine quoquo suffra.§. nulli quoq;. & in
auc.vt nulli iu.in prin.Sed ꝯ̃ hoc facit tex.in l.a ꝓcon.C. de appel.
vbi præfectus ꝑtorio habet vicarium iudicẽ ordinariũ. Ray.in l.j.
C.de offic.vic.vbi similiter tex.loquit de offi.vica.refert ꝙ dũ Bo-
noniæ studiũ interdictum esset,dñi Bononien.dixerunt eum de-
bere transferre cathedram suam ad legendum in castrum sancti
Petri,& ꝙ ibi ex ciuitate Pisarum fuit de hac q̃one requisitus.san

ptãs Pisarũ possit sibi eligere vicariũ,& an sententia lata per eum
valuerit.dicit ipse videbat ꝙ nõ, per §.nulla.in auct.de defen. ciui.
¶ Tñ dicit ipse ꝙ ille tex.loquit in defensore ciuitatis, q nõ habet
merũ imperium l.defensores.C.de defen.ciui.& in auc.eo.ti.§.au
dient quoq;.& in §.iusiurandũ.Sed cũ hodie ipse ciuitates pręscri
c pserint [c] merũ imperiũ,vt dicit gl.in §.nulla.& ciuitates hodie re-
gant ad instar ꝓuinciæ.vt inquit gl.in l.fi.C.de ꝑscr.long.temp.vr̃
ꝙ ptãtes hodie possint sibi eligere vicarios:q̃a hñt merum impe-
riũ. non reperio bene declaratum. Tñ Ray.vr̃ dicere ꝯ̃ tex.in auc.
vt nulli iu.in prin.q̃a propriè loquit in ꝑfecto prætorio.Quinimo
oẽs dñt ꝙ isti rectores nõ pñt sibi eligere vicarios, nisi in casu im-
pedimenti.ideo puto ꝙ in d.l.à ꝓcõsulibus loquat de vicario ele-
cto à principe,vt vr̃ declarare tex. in l.j.§.a ꝑfectis.de leg.iij. ¶ Vñ
doc.oẽs dñt ꝙ ptãtes nõ possunt sibi eligere vicarios, & si faciũt,
faciunt ex ꝯsuetudine,non de iure ſm Bart.& Bal.in d.l.obserua-
re.& in d.l aliqñ.Vel oportet dicere, ꝙ hoc solũ reperit ꝯcessum
specialiter ꝑfectis ꝑtorio ad eorũ eminentẽ dignitatẽ,si vnum, &
idẽ tribunal seruant.Sed vbi vellent vicarios transmittere ad loca
suæ administrationi tradita,nõ pñt. vt in auc.vt nulli iud.in princ.
19 †Circa h.d.notabile verbũ Bal.in d.l.aliqñ.ꝙ de iure ciui.præsides
vel iudices ordinarij non pñt ꝯstituere vicarios, vt eos mittant ꝑ
ꝓuinciam, vel loca ei subdita:sed habere vicarium, per quem nõ
seorsum a se,sed in præsentia ipsorũ ordinariorum cõmittẽtium
expediantur causæ,hoc fieri põt,vt l.si ꝓcuratoris pñtis.ff. de ver.
ob.vbi licet alteri per alterum stipulari nemo possit l.stipũlo ista.§.
alteri.eo.tit.& l.j.C.per quas perso.nob.acq.tñ fallit si esset pñs il-
le, cui stipulamur. & faciunt not.ꝑ gl.in l.sicuti.ff.de arbi.dum gl.
dicit,dans trib.iudicibus.satis est ꝙ vnus ferat sñiam ꝑsentib.alijs.
20 ¶ †Posset dictũ Bal.ꝯfirmari ꝑ id, qđ voluit Pe.& Cy.in l.ij.C. de
sen.ex breuicu.reci.vbi dixit ꝙ licet sñia per alium fieri non pos-
sit,vt vbi.tñ si iudex dixit scribe,siue legas sñiam meo noĩe, vale-
bit sñia absq; alijs verbis. q̃a sicut per ꝓcuratorem suum dñs pręs
sens põt stipulari,& sibi acquirere;ita per ministrum suum debet
iudex posse sententiare. & ita tenet Bald.in l.j.C.de sentẽ.ex bre-
ui.reci.facit ꝙ not.Iac.But.& Bart.in l.hac consultissima.per illum
tex.C.qui testamẽ.fac.poss.& Bald.in l.iubemus.per illum tex.C.
de test.Sed tamẽ his non obstantib.puto illam decisionẽ Bald. in
d.l.aliqñ,non posse ita simpliciter ꝓcedere. & sic licet in præsen-
tia magistratus vicarius ferat sententiã,non valebit,nisi magistra-
tus sit illustris, quia aliàs per alium non põt ferre sententiã magi-
stratus,qui non est illustris, aut superillustris d.l.ij.& c.pen.de reg.
iur.in vj.alias non esset differẽtia inter eos magistratus,qui essent
illustres,& eos qui essent inferiores ab illustrib.ꝯ̃ iura præall c. vñ
Guil.de Cun.in l.fi.C.de sent.ex breui.reci.& Ray. & Sal.in d.l.ij.
reprehendunt opin.Pet.& Cyn.licet ipse non dicat. Guil. de Cu.
ante eum in l.fin.C.de sen.ex breui.reci.& etiã Ray.in d.l.ij. tenẽt
ꝯ̃ Pet.& Cyn.per l.ij.C.de asses.& ita etiam tenet Bald. in d. l. hac
cõsultissima.& respõdent d l.si procuratori præsentis,ꝙ in senten
d tia est specialiter inductũ ꝙ non possit per aliũ expediri. [d] ¶ †Nec
21 ob.id qđ not.gl.in l.sicuti.ff.de arbi.vbi glo. voluit ꝙ si tres sint ar-
bitri,& vnus præsentib.alijs pronunciet,valebit sententia, q̃a re-
e spõdeo primo ꝙ illa glo. cõiter reprehẽditur [e] in iudicib.prout ve
re loquitur in arbitris.Cano.eam reprehendunt.q̃a est ꝯ̃ tex.in c.
cum ab vno.de re iudi.in vj.ibi præsentib. & mandantib. & ibi gl.
per d.l.sicuti.& per l.cũ magistratib.& ibi gl.C. qñ prouo. & quia
alias sequeret ꝙ inuitus posset dari iudex ꝯ l.cum prætor.ff. de iu-
di.& not.Bart.in l.item si vnus.§.item si prætor.& in l.Pomp.& ibi
Ang.& Moder.ff. de re iudic.& Iac.But.in l.si in tres.ff.de arbit.&
Bald. in d.l.sicuti. & doc.cano. in c. delegatorum.de offic.deleg.
22 ¶ †Præterea,posito ꝙ qñ sunt plures iudices habẽtes iurisdictio-
nem in eadem causa.nũquid vnus eorum possit mandato aliorũ
ꝑsentiũ iudicare.dic ꝙ nõ d. c. cũ ab vno. secus est, qñ ille, q pro
alio

ADDITIONES.

a ¶Immunitate eadem. De hoc vide per Host.in princ.summæ suæ & tex.in c.præ
cipimus.lxiij.dist.per Lud.Ro.sing.suis fol.x.

b ¶Ordinarius. Dic ꝙ tamen non potest facere aliũ ordinariũ. vt not.Host.in c.cle
ricos. de offic.vic. de quo vide plenius per Do.de Ro.decis.ccclxxv.ij. incip.fuit
dubitatum.in nouis.de offic.vic.

¶Vide per Philip.Franc.in c.clericos de offic.vic.& Alex.in l.more.in fi.ĵ. de iu-
ris.om.iud.& limita vt per Iac.Zoc.in c.tua.de offic.vic. & Bal.in marga. in ver.
vicarius.& in l.aliquãdo ĩ de offi.procon.& lega. Tho.Diplo.

c ¶Præscripserit. De hoc vide eius cons.j.v.l.d.Card de so. compe. vbi quærit an
consuetudine quæratur merum imperium sicut per l.

d ¶Expediri. Dicit d.Bene.Capr.post Ge.in d.c.pe.ꝙ si consuetudo sit in ꝯ̃trum ꝙ
illa præualet,cum possit istas solennitates tollere,iuxta not.per Archi.v.q.j. sta-
tutum.& dicit intelligere dicta Bal.in d.l.hac consultissima.

e ¶Reprehenditur. Vide per Arch.& d.Bene.Cap.

¶Et plenius per dñm Philip. Franc. in d. cap. pen. de regu. iur. lib. vj. qui facit
pulchram distin. Thom. Diplo.

alio iudicat, de mandato illius iudicat, à quo habet iurisdõnem in causa d.c.fi. ſm Io.An.in d.c.cũ ab vno.vbi dixit q per assessorem nõ põt q̃s ferre sñiam, per §.illud.in auc.vt defun. seu su.col.v.l.ij. C.de offi.asses.& sic cõcludo, q dictũ Bald.non possit pcedere nisi in illustrib.& superillustrib. 23 †Vtilitas autem huiusmodi inuestigationis est maxime pp nonnullas dñas inter delegatũ, & ordinariũ, existentes maxime, quia regulariter delegati non possunt subdelegare, q in ordinarijs est secus.vt l.j.§.fi.& in l.fi.huius tit.& in l.more.j.tit.ij.& etiã ad cognoscendum q si delegant in casibus concessis, ad quem appellandum sit.

SVMMARIVM.

1 *Delegari non possunt causæ meri vel mixti imperij, nisi ex causa absentiæ necessaria, causæ vero quæ de simplici iurisdictione sunt, à quolibet ordinario delegari possunt.*
2 *Iurisdictio in genere sumpta triplicem speciem causarum comprehendit.*
3 *Iurisdictio omnis in genere, & in specie à principio erat in populo Romano, & postea fuit in imperatorem translata.*
nr̃o non iam ſucceſſerat loco dotis. vel aľr r̃ndeo ad d.l.& alias.ll. quę dñt ꝙ ea quę obueniũt ſiue ex re dotali ſiue occaſione rei dotalis ſunt reſtituẽda.q̃d vẽdicat ſibi locũ ĩ his quę nõ ſunt fructus dotis,q̃a ea tũc nõ lucraŧ maritus l.dotis fructus.ff.de iur.do. & ꝑ ꝯñs nõ ob.l.iij.co.ti.quę loqŧ de incremẽto alluuionis &c. & ꝑ h̃ ẽt nõ ob.titulus ſi ꝯtro.de inueſt.fu.§.ſi q̃s de mãſo.verſ.ſi vero. q̃a loqŧ de incremẽto alluuionis ꝙ nõ hr̃ in fructib.¶ Nõ ob.ꝙ dr̃ ꝙ nulla interuenit ꝓuiſio mariti,ſed tñ ꝓuiſio legis,q̃a hoc non eſt neceſſario ꝯcedẽdũ ꝓ vero.ignorare.n. legẽ municipij potuit, an ipſo iure an ꝑ ſniam diffinitiuã bona publicãda eſſent.pterea dato ꝙ nulla interueniẽt ꝓuiſio,nõ ob.iñ ꝙ maritus lucrari dẽat cũ ſint fructus dotales vt ſ.ꝓbatũ eſt.nec ẽt ob.ꝙ nõ ſint fructus cum nõ renaſcanŧ,q̃a imo renaſcunŧ vt ſ.dictũ eſt.nec ẽt ob.ꝙ hoc expectare eſt triſte:q̃a nõ eſt,cũ quotidie de facto eueniat,ar.in l.legaui de lib.leg.Preterea hoc ñ tã eſt expectare,q̃ ſuꝑ re ꝙ euenit iudicare.Nec ẽt ob.ꝙ no.doc.de vſufructu mẽbranarũ in §. ſi vis ĩ fundo.q̃a cũ reuerẽtia p̃t r̃nderi ꝙ ipſi male dñt,& Bar. ꝑ rõnẽ q̃ ſ.teugi,vr̃ ſibi ꝯdicere.nã ſibi ſufficit ad hoc ꝙ ſint fructus ꝙ naſcatur iidẽ in gñe,& ſi nõ numero.ſed ꝓfecto,& ſi vnũ inſtrũm ſemel extractũ ex cõiter accidẽtib.nõ amplius extrahaŧ,nõ no alia inſtr̃a quę ſunt idem in gñe extrahenŧ niſi ipſum ſalues ꝙ poſtq̃ fuerint oia extracta,nõ amplius extrahenŧ,& ſic ꝓprie nõ ſunt fructus,licet hæc ſaluatio poſſit cauillari.nã arbor poſtq̃ fuerit ex longa vetuſtate exſiccata,ñ poterit amplius fructificare,& tñ dr̃ facere fructus. iõ poſſet h̃ dici ꝙ hic iſte tenebiŧ ſubſtituere arbores in locũ demortuarũ,ar.in l.ſed cũ.ff.de vſufr.vñ pone in ſeruo ſene,cuius nullę ſunt operę.l.arborib.§.de illo.ff.de vſufr.¶ Non obſt.ꝙ dr̃ ꝙ fruct⁹ ſunt ſine detrimẽto rei &c.& mulier pateręŧ diminutionẽ cũ ſua interſit hẽre ſubditos locupletes,quia r̃ndeo ꝙ imo nullus patiŧ diminutionẽ.& ꝙ dr̃ intereſt pricipis hẽre ſubditos locupletes,fateor ſcd̃ario,nõ principalr̃,ip ſorũ.n.ſubditorũ principalr̃ intereſt.ſimiliter nõ ob.ꝙ maritus teneaŧ reſtituere integrũ territoriũ &c. q̃a r̃ndeo ꝙ eſt obligatus reſtituere integrã iuriſdictionẽ caſtri dotalis,nõ aũt territoriu.nã mulier nõ intelligiŧ dediſſe ipſi caſtrũ in dotẽ,quo ad ꝓprietatẽ totius territorij ꝙ ipſa nec rex pr̃ eius hẽbat,vt no.in l.bñ a Zenone.C.de qua.p̃ſcr.& ibi dr̃ de principe,q̃ eſt dñs totius mũdi in vniuerſo,& quo ad defenſionẽ non aũt quo ad ꝓprietatẽ ſingulorũ mõ hic maritus vel eius hr̃des bñ ſibi reſtituũt integrã iuriſdictionẽ.nã & ſi lucrati fuerũt hęc bona tanq̃ fructus,tñ erũt ſubiecta iuriſd.caſtri dotalis ipſius mulieris, & ſic hẽbit integrã iuriſd.¶ Nõ ob.c.felicis.§.ſi qua.de pe.in vj. q̃a iõ illa feuda ꝯmittunŧ eccłę,non rectori,quia ꝓprietas erat ipſius eccłæ quæ iã dederat in feudũ in caſu nr̃o ꝓprietas nõ iã erat mulieris.vel ſcd̃o maius ius hẽt vir in reb.dotalib.q̃ ipſe rector ĩ reb. eccleſię,aliq̃ñ.n. vir lucraŧ dotẽ ꝑ ꝑ delictũ mulieris,ſed rector nũquã rẽ eccleſię.Preterea ipſe maritus eſt dñs ꝓprietatis,rector autẽ vſusfructus adminiſtrator.c.cũ ab oĩ.ex̃ de vita,& honeſt.cle.& iuribus ſuperius allegatis.fateri tñ poſſet ꝙ ſi talia bona cõmiſſa, fuiſſent ab vxore data in feudũ,ꝙ reuerterenŧ ad ipſam vxorẽ ar. in c.j.§.idẽ q̃.quæ ſit pri.ca.be.amit.Nõ ob.ꝙ theſaurus &c.q̃a theſaurus nõ eſt in fructib.cũ nõ renaſcaŧ. nec ob.rõ poſita ibi, quaſi in alieno inuẽti &c.q̃a eadẽ rõ hẽt locũ in alijs quę nõ danŧ marito in fructib.&c.ſed ſi eſſent aurifodina vel argẽtifodina in caſtro mulieris,tũc ſecus vt d.§. ſi vir in fundo.Nõ ob. ꝙ caſtrũ dotale ſit mulieris &c.q̃a r̃ndeo ꝙ imo viri eſt l.doce ancillã.C.de rei vẽ. nã licet l.in reb.dicat mulierẽ eſſe dñam nãliter,conſtãte tñ mrĩmonio ex ſubtilitate iuris ciuilis maritus hẽt effectualẽ dñium,& ſibi cõpetit rei vẽdicatio,mulieri aũt bñ ꝯpetit ſolu.ma.& l.in reb. ſoluit hæc ꝯria. Non ob.ꝙ tale ius ſeruari dẽat in augmẽto quale in principale &c.q̃a r̃ndeo verũ vbi eadẽ rõ ſuadet ęqualiter,ſed maritus fructus lucraŧ,dotẽ aũt reſtituit.igiŧ &c.Non ob.ꝙ ſatisfactũ ſit marito de his fructib.&c.q̃a r̃ndeo ꝙ nõ reperiŧ lex, quæ taxat q̃titatẽ fructuũ ꝓ onerib.mrĩmonij, ſed ſimplr̃ loquunŧ ꝙ fructus danŧ ꝓ onerib.&c.habuit.n.lex ꝓ veriſimili ꝙ dos talis deŧ,ex cuius fructib.ſuſtineri poſſint onera mrĩmonij,ſm qualitatem, & dignitatẽ ꝑſonarũ,arg.in l.filiæ.ff.de leg.ij.& l.cũ poſt.§.gener.ff.de iur.do.& veriſimile eſt ꝙ partes cogitauerint de hoc fructu iuriſdictionis &c.ſicut quotidie videmus.¶ Nõ ob. ꝙ iſta bona obuenerũt ex quodã quaſi ꝯtu inito ꝑ ipſos municipes,& ipſum regem vel filiã &c.q̃a ꝯcedat .n noĩe dñi.ſed poſtq̃ ipſe noĩe filię ſuæ tradit oppidũ in dotẽ,& tranſtulit in eũ oĩa iura ſua,& ſic dedit facultatẽ,& cãm huic genero ſuo ꝑcipiẽdi fructus,& ꝑ ꝯñs ſuos faciẽdi,cũ nõ p̃ſumaŧ grauare nãm ꝯtus dotis,vt fruct⁹ reſideãt apud maritũ ꝓ onerib. mrĩmonij iurib.allegatis, & ſic nũc hic maritus eo iure ꝑcipit eos fructus,quos ꝑcepiſſet ipſe rex à quo cãm hẽt ar.in l.emptor.C.de euic.cũ ſi.& ſic nec ẽt ob.l.diuus.de iure p.a.& l.ſed ſi hac.§.ꝓſtituta.q̃a ꝓcedũt, niſi ille ad quẽ tale ius ſpectat, ĩ aliũ iura ſua tranſtulerit, vt dixi ſtatim.Poſſet tñ ꝑ ſo. huius dubij vnũ nouũ attẽtari,videlicet vt ꝯſideremus an ex h̃ caſtro alia ꝑcipianŧ, puta datio,pedagia,vel tributa,vel aliud tale q̃d, vt ſunt cõmuniter caſtra italica,& tũc bona ꝯfiſcata nõ ſunt in fructu neq; de his vĩr ꝑtes cogitaſſe, aut vero nihil ex his ꝑcipiŧ, vt ſunt cõiter caſtra pedemõtana & vltramõtana, ſed ſolũ ex iuriſdictione, & tũc talia bona vĩr eſſe ĩ fructu & de his vĩr ꝑtes cogitaſſe,& ꝓ hac opi.facit fortiter tex.in l.itẽ ſi fundi.§.aucupatoriũ.& l.vſufructuarius venari.ff.de vſufr.iũcta l.venationẽ.ff.de vſuf.& facit l. loci corpus.§.j.ff.ſi ſer.vẽ.ibi.ſed videamus qui eſſe ſeruitutis fructus poſſint.& hęc opi.ſatis ęqua eſt & rõnabilis.cogitabis. Ant.But.

¶ De officio aſſeſſorum. Rub.

1 *Salariũ debetur aſſeſſori pro toto tẽpore officij ſui,mortuo præſide ante finem officij ſui,ſi operas ſuas alteri non locauit,ſecus ſi aſſeſſor fuerit ſui culpa remotus,uel præſes propter culpã aſſeſſoris ante finem officij.*
2 *Salarium integrum debetur officialib.ſi officium ſit finitum morte præſidis,ſiniſto poſtea toto tempore officij.*
3 *Aſſeſſor mortuo præſide ante finitũ officiũ,nõ tenetur pro reliquo tp̃e ſeruire,ſi ſuperior loco præſidis mortui ſubſtituit filium & hæredem præſidis.*
4 *Salariũ debet ſolui officialibus in principio ſui officii integraliter, & hoc ideo quia ſoluitur eis non ſolũ pro ſuo labore,ſed etiam pro onere & expen.totius familiæ.ſed non ſic debet ſolui aſſeſſoribus.*
5 *Salarium officialium vel ambaſiatorum an debeat ſolui ab initio vel in fine.*
6 *Salariũ q̃d debetur ex diſpoſitione legis uel ſtatuti,debet ſolui ab initio.*
7 *Salarium promiſſum aduocato uel medico debet ſolui ab initio.*
8 *Aſſeſſor non debet recipere ſalarium à duob.pro eodem tempore.*
9 *Iudex remotus ab officio præſumitur remotus culpa ſuorum officialium.*
10 *Aſſeſſores debent habere ſalarium etiam ſi cum alio ſe conducant,quando præſes propter ſuam culpam eſt ab officio remotus.*
11 *Conductor,qui conduxit fundum ad quinquennium,ſi non colit fundum,tenetur ad integram mercedem,licet dominus alteri æque bene locauerit.*
12 *Lex fingit ſuper impoſſibili in odium delinquentis.*
13 *Salariũ integrũ an debeatur hæredi præſidis decedentis ante finitũ officium.*
14 *Militia non eſt dignitas.*
15 *Conſtitutio dicitur generalis,licet ad certas ꝑſonas directa & ſcripta inueniatur,niſi expreſſe in l.cõtineatur ꝙ nõ trahatur ad aliam perſonam.*
16 *Salarium præſtandum alicui omni menſe, vel omni anno,ſi interim decedat, an debeat habere ſalarium pro illo menſe tantum,uel pro illo anno, & an decedens tranſmittat ad hæredes.*
17 *Salariũ totũ debet habere obligatus propter unum factum ad ꝙ quis conducitur, ut aduocatus cõitatis cõductus pro qualibet cauſa,quæ occurrit illo anno.*
18 *Salarium promiſſum pro toto tempore debetur , licet diſtributio ſolutionis fiat per menſes uel annos.*
19 *Salarium totum debetur pro operibus limitatis reſpectu certi facti limitati certo tempore, ut in doctore qui eligitur pro uno anno ad lecturam codicis uel digeſtorum.*
20 *Salariũ integrum an trãſmittat ad hæredes aſſeſſor decedẽs ante finitũ officiũ.*
21 *Salariũ ĩtegrũ an trãſmittat p̃ſes ad ſuos hæredes,ſi moriŧ ante finitũ officium.*
22 *Salariũ an debeat habere poteſtas qui ſe præparauit ad ingreſſum officij , ſed antequam potuerit ingredi,deceſſit.*
23 *Salarium an debeat habere & immunitates qui facit per ſubſtitutum.*
24 *Salarium integrum an debeat habere poteſtas ciuitatis vel alius habens magnum officium,& aduocatus ſi decedat antequam incipiat aliquid facere.*
25 *Electus ad aliq̃ dignitatem non acquirit ex electione aliquã dignitatẽ regulariter,præterquam in illis ſupremis dignitatibus conſulatus & patriciatus.*
25 *Salarium ſi non ſuit præſtitum præſidi, an debeatur ipſius aſſeſſori.*
27 *Salarium an poſſit petere aſſeſſor ab hæredib.præſidis mortui ante finem officij ſi aſſeſſor potuit poſtea commode operas ſuas locare cum alio.*
28 *Creditor non poteſt cogi mutare ſuum primum debitorem.*
29 *Aſſeſſor ſi locauit operas ſuas cum alio pro minori tamen ſalario q̃ eſſet ſalariũ ſibi promiſſum & debitum à præſide mortuo,an poterit petere illud plus ab hæredibus præſidis.*
30 *Salarium integrum non tenetur dare præſes aſſeſſori quãdo princeps remouet præſidem ante tempus finiti officij,ſed habeat à ſucceſſore.*
31 *Salarium an perdat officialis pro præterito tempore,ſi remouetur ab officio propter culpam ſuam.*
32 *Salario integro an debeat carere poteſtas diſcedens ab officio per menſem ante finem officij.*
33 *Salarium integrum debet habere doctor,uel ſtipẽdiarius,qui per aliqod tẽporis ſpatiũ ceſſauit ab officio,ſaltẽ pro tẽpore quo ſeruiuit,ſi ceſſauit cũ licẽtia.*
34 *Aſſeſſor mortuo præſide,nondum finito offi.an ſtatim poterit petere ſalarium integrum,an uero debeat expectare finem temporis officij.*

1 Diem functo. †Mortuo præſide ante finem officij ſui aſſeſſoris, ſalariũ ꝓ toto tp̃e officij debetur, ſi operas ſuas alteri nõ locauit.ſecus ſi aſſeſſor fuerit ſui culpa remotus,vel præſes ꝑ ꝑ culpã aſſeſſoris ante finem officij.h.d.ſm varias lec.¶ In tex. ibi debeŧ.ſ. ab hærede præſidis.¶ In tex.ibi,eodẽ tp̃e fuerint &c.q̃ ſicut non potuiſſent ſeruire eodẽ tp̃e duob.officijs,ita lex quę h̃ fingit illos comites ſeruiſſe poſt mortẽ p̃ſidis,nõ fingit in caſu impoſſibili.ꝙ fuerunt

rint in duob. eodem t.pe.l. q ad certũ.j.loca.l. adoptio.§. de adop. no.in l.Gallus.§.si eius.j.de lib.& posth.¶ †Not. ſm Bal.in lec.anti. & ẽt ſm Ful.hic mortuo p̄ſide an depoſitã adminiſtrationẽ finiri offiñ nedũ ſuũ,ſed ẽt officialiũ ſuorũ,& iõ ipſi officiales incõtinẽti mortuo p̄ſide ſunt liberati ab omni oblĩone facta p officiales cũ ipſo p̄ſide circa exercitũ officij.in iſta.l.dubitabaẽ an integrũ ſalariũ debeaẽ officialib.& tũc ſine dubio eſſet,q ſi officiũ finitũ eſſet per mortẽ p̄ſidis integrũ ſalariũ deberẽ officialib. finito poſtea toto t.pe officij, & ſic videret lex facta de indubitabili ꝯ l. qđ Labeo de Carb.ẽdi.¶ Itẽ ꝓbaẽ ex eo q text. ꝑmittit officialib q p̄nt ſe alijs locare.†¶ Ex hoc vẽ inferri q licet ſuperior filiũ & hæredẽ p̄ſidis ſubſtitueret loco p̄ris,tñ officiales nõ tenerent pro reliquo t.pe eis iſeruire & ꝯſtat talia officia morte extingui, & ad hæredẽ nõ trãſire.l.cuius.j.de cur.fu.l.ante pe.cũ gl.j.de tut.c.vno delegatorũ.de offi.deleg.†¶ Scđo,no.ex tex.in ver p̄ſtitutũ.alias præſtitui, accipiẽdo ꝓprie.vt in gl.in ver.p̄ſtitũ in fi.nõ aũt pro p̄ſtandũ,ſi in tex.habeaẽ legatis,caſus datiui ſine à,q ſalariũ ſolutũ p̄ſidi pro ſe & officialib.debeẽ in initio, nã hic fuit ſolutũ ſalariũ ꝑ toto tẽpore p̄ſidi pro ſe & officialib.merito debeẽ totũ ẽt officialib. q̃uis deceſſerint p̄ſes anteq̃ ſolueret officialib.& ita ĩtelligit Bal.h̃ in lec.anti.& Pau.de Ca.h̃.ex quo infert Bal & eũ eo tranſit Pau.de Ca. q rectorib.terrarũ debet ſolui totũ ſalariũ in prin.officij pro toto t.pe.& hoc iõ, q̃a ſoluiẽ eis non ſolũ ꝑ ſuo labore, ſed ẽt ꝑ onere & expẽſis totius familię.arg.l.ſi vero nõ remunerãdi.§.fi.j.man.& l.in ſula.in §.fi.j.loc.nõ ſic aſſeſſori cui ſoluiẽ ſolũ ꝑ ſuo labore, vñ ſm eos,debet ei ſolui in fi.officij.ar.l.ſi à colono.j. de fideiuſ.& l.ſi ſeruus cõis Męuij,& caſtrenſis pecu.§.fi.j.de ſtip. ſer. †Sed in ꝯrũ facit,q̃a pecunia qñq; debeẽ nullo mõ ꝑ mercede laboris, ſed ꝑ ſumptib.vt in pecunia quæ debeẽ legatis reip.puta,miſſis ad principẽ,& iſta danda eſt ab initio,vt patet in l.legatus anteq̃.§.ſi quis in munere.j.de le.& l.ij.C.de le.li.x.qñq; debeẽ pecunia ꝑ mercede,& tunc debet attẽdi qđ veriſimile ſit,vt ſi eẽt talis q nõ poſſet operas ꝑmiſſas exhibere niſi pecunia prius ſibi ſolueretur, & tunc actu vẽ q pecunia in initio ſibi ſoluaẽ vel in menſes ſingulos, ſm q natura exigentię.l.ſemper in ſtip lonib.j.de reg.iur. & q ibi not. Et ſi iſta veriſimilitudo nũ apparet,debet ſolui in fin.vt ibi,& l. ſi in obſcuris.eo.tit.no.in l.ęde.C.loc.ſic ita expreſſe no.Bart.in l.j.§. diuus.ff.de va.& extraor.cog.& ẽt Cy. Bart.& alij in l.ij.C.loc.poſt gl.ibi,& no.Bar.in l.q inſula.§.qui edẽ. ff.loc.& Pet.de Anc.& Ioã. de Imo.in c.ꝑꝑ ſterilitatẽ.de loca.vnde in ꝓpoſito nr̃o cũ pecunia iſto caſu ſoluaẽ,non in totũ ꝑ expenſis,ſed ẽt ꝑ opera pręſidis,& officialiũ ſuorũ,vẽ dicendũ q rata operarũ ſolũ debeaẽ in fi.niſi vt ſ.dixi.Et ad iſtũ tex.poſſet rnderi.q nõ ꝓbat,q̃a nõ dicit q ſit ſoluendũ in initio,ſed q ita ſolutũ fuit,vel ſi in litera hẽ,à legatis &c. nihil facit tñ Bal.in l.diuortio.in prin.ff.ſol.ma.vẽ tenere q debeat ſolui in initio,put ipſe tenuit h̃.nã ibi dicit,q qñ pecunia debetur ꝑ impenſa,& opera,debet pecunia ſolui ab initio, & recipiẽs dẽt cauere de implẽdo,& operando.alle.d.l.ſi vero nõ remunerandi. §.fi.& d.l.inſula.†Cõfirmo,q̃a qñ debeẽ ſalariũ ex diſpõne legis, vel ſtatuti, debet ſolui ab initio,vt d.l.j.§.diuus.& ibi no.Bar.ĩ ver. vlterius quęro quo t.pe &c.& ita tenet glo. in l.j.C.de ſuffra.& idẽ eſt in ſal rio ꝑmiſſo p̄ſidi,ſeu p̄tori ꝑ conuentionẽ,q̃a tale ſalariũ ꝑmiſſum ꝑ ꝯuẽtionẽ eſt ſurrogatũ loco ſalarij debiti ex diſpõne legis.iõ ſapere debet eius nãm.l.fori.cũ gl.C.de adu.diuer.iudi.& no.Bar.in d.§.diuus.ĩ ver.quarto quæro qñ vnus &c.& Sal.in l.ſed addes §.ſi.ff.loc.& expreſſe,quo ad terminos nr̃os,firmat Pet. de Anch.& Io.de Imo.in d.c.ꝑꝑ ſterilitatẽ. & ita teneo q dictũ ſalarium debeat ſolui i initio.†Et licet nõnulli tenuerint q ſalariũ qđ debeẽ ex diſpoſitione legis,puta,aduocato[a],nõ debeat ſolui in initio ſed in fine,vt tenent inno.Io.An.& Ant.de But.in d. c. ꝑꝑ ſterilitatem.& Cy.& Sal.in l.vnica.C.de ſuffr.per illum tex. ibi dum dicit,quæ optauerit cõſequati.& rñdent ad d.§.diuus. prout ego ſ.dixi,poſſe ad iſta l.rnderi. tñ verior vẽ opi.q ſalariũ debeat ſolui aduocato in initio.& ꝓbaẽ ẽt in d.l.vnica de ſuffra.quæ nõ p̃ot intelligi q ꝑ illa verba velit debere expectari finẽ,& ſic q cõducens aduocatũ ꝯſecutus fuerit optatũ,q̃a ex tali intellectu ſequeretur q victus nõ tenereẽ ad ſalariũ,q̃a nõ cõſequiẽ optatũ,q nũ eſt dicendũ.tũc ẽ clientulus intelligiẽ ꝯſequi optatũ,qñ aduocatus ꝑmittit patrocinium.& ita inducebat illũ tex.Roſ.vt refert Ioã.An.in addi.Spe.in tit.de ſalarijs.§.ſequiẽ.ſuper ver.ſed qñ ſoluetur ſalarium,& ibi de hoc plene per Spe.¶ Ex p̄dictis habetis q iſte text. in ver.præſtitutum. p̃ot accipi duob.modis,vno mõ.ſ.ſolutũ, alio mõ.ſ.ſoluendũ, vt in gl.tertio mõ p̃ot exponi ſm Fulg.ſ.determinatum, ſicut qñq; dicimus p̄ſtituto die,& licet nihil alle.p̃ot allegari tex.in l.4.C.de bonn.poſ. ꝯ tab.& l.cum hic ſtatus.§ ſi inter ſ. ce do.inter vir. & vxo.l.4.ff.de pen.eg.& l.4.ff.de iur. delib. & l.j. in prin.ff.de ſuc.edi.Sed certè iſta expoſitio nõ vẽ bene ꝯuenire huic literę ẽt ſi in tex.habeaẽ à legatis, q̃a nõ ſpectabat ad legatos determinare tale ſalariũ,ſed ad vtranq; partẽ in ꝯcetum deducere.& multominus cõuenit literę ſi in tex.habeaẽ legatis,ſine à, & q nõ patiaẽ talẽ expoſitionẽ innuit text. ſimilis iſti l.imperatores. alias incipit,diẽ functo j.lo.aliàs eſt,lex,ſed addes.§.ſi. ¶ †Tertio not.q aſſeſſor nõ debet recipere ſalariũ de duob.ꝑ eodẽ t.pe.¶ †Quarto no.ex ſi.ſm vnum intelſm poſitũ in gl.ſi.in princ.q ſi præſes eſt remotus ab offic.præſumiẽ in dubio remotus culpa officialiũ, & iõ ſm Pau.de Ca.hic debent eſſe cauti aſſeſſores ſeu officiales,qñ prætor aliqd iniuſtum facit,vt ꝓteſtenẽ q nõ ꝯſentiunt & reſiſtãt alle.l.prohibitum.C.de iur.fiſ.lib.x.& melius ꝓbatur in l. qñ iudices.C. de appel.& in l.oẽs.la j.C.de decu.lib.x.& declarat Bart.in trac.repreſaliarũ.in ij.q.vj.q.prin.& Bal.ĩ auct. ſed oino.C.ne vxor pro ma.& an iſte intellectus ſit verus.ſ. q præſumaẽ prætor remotus ꝑꝑ culpam aſſeſſoris dicã in l.ij.j.q quiſq; iur. ¶ †Quinto not. ex eodem fine ſm vnum intelſm gl.q ſi præſes ꝑꝑ ſuã propriam culpam eſt remotus,dicunt aſſeſſores indiſtinctè habere ſalariũ, ẽt ſi ſe cũ alio cõducant. q eſt diligenter notandũ q ſic ꝯſequẽtur ſalarium à duob.& hoc expreſſe tenet Bart.hic in prin.¶ †Ex quo infert,[b]Paul.de Ca. h̃,q ſi locaui tibi fundũ ad quinquẽniũ, poſtea quia nõ colis auſero fundũ,teneris mihi ad integram mercedẽ licet ipſum alteri ęque bene locauerim,vt j.loc.in lege.§. ſi domus. qui text.ſm eũ, vẽ ſic debere intelligi,& facit ſm eum l.ſtipulatus es opus.j.de fideiuſ.& ita ẽt tenet Pau.de Caſt.in d.§.domus.& in d.l.ſed addes.§.ſi.eo.tit.Non vẽ q tex.in d.§.ſi domus hoc probet, quia ibi non dẽ q dñs alicui ſcđo cõductori locauerit.Vnde Bart. in d.§.ſi domus.cũ quo ibi trãſit Fulg.tenet ꝯnum per d.l. ſed addes.§.fin.quæ tamẽ non vẽ ꝓbare,q̃a ibi loquiẽ qñ interuenit caſus fortuitus non aũt culpa,vt in q.nr̃a,& licet Fulgo.in d.§.ſi domus.pro opi.Bar.ibi alle.quandam.l. eo.tit. tamen ẽt ibi non videtur hoc probari.Ipſemet Fulg.hic in fi.ẽt vẽ tenere illud q in effectu tenet Bar.in d.§.ſi domus.licet de eo nõ faciat mẽtionẽ. nam ipſe hic impugnat vltimum intelſm poſitum hic in glo.ſi.Quia licet ꝑꝑ moram debitoris verum ſit q creditor conſequi debeat ne damnum ſentiat,tñ non debet ex hoc ſentire lucrum,all.l.ij.§. ſi.ff.de eo q cer.lo.Vnde non debemus dicere q ꝑꝑ culpam pręſidis,ꝑꝑ q ipſe remotus eſt durante officio debeat aſſeſſor habere totũ ſalariũ ab eo,& ſic ſentire lucrum,ſed vẽ q d.l.ij.§.ſi.nõ tacitat ꝑ opi.Fulg.ſed potius in ꝯnium,q̃a ꝑꝑ moram debitoris creditor p̃ot aduerſus debitorem conſequi lucrũ, ſi erat perſona ſolita negotiari,vt no.in d.l.ij.§.ſi.& plene per Bart.i l.vbi.C.de ſent. quę pro eo q int.proſe.in ver.venio ad vltimam partem.& iſte aſſeſſor vẽ huiuſmodi,qui ſaltem cũ illo præſide remoto ab officio, & ẽt cum alio operas ſuas locauit. Difficultas ergo cõſiſtere vẽ in conſiderando an lec.vltima poſita in glo.ſi.ad iſtum tex.in ſi.procedat,q̃a ſi procedit,ſequi vẽ q Bart.in d.§.ſi domus male dixerit, ſed melius dixerit Bar.hic approbando dictam vlt.lect.per quam probaẽ opi.Pau.de Ca.Et putarem verius eſſe illud,q not.Bart.in d.§.ſi domus,& non eſſe veram lec.vlt.hic poſitam in glo.mouet per id q habetur hic in tex.in ver.modo ſi non poſtea &c.nam rõ huius dicti eſt,ſm Bar.& alios h̃.q̃a ſi aſſeſſor locat operas ſuas alteri,non poſſumus dicere q fingatur ſeruire pręſidi defuncto,vel excluſo,quia lex non fingit ſuper impoſſibili,vt dixi ſ.in prin.Sed iſta ratio militat ẽt iſto caſu,qñ præſes remotus eſt ab officio culpa ſua.†Et ſi dicereẽ q in odium delinquentis tollatur,q lex fingitur ſuper impoſſibili,vt inquit Ang.in l.eandem.ff.de duo.re.allegando.l.ita vulneratus.j.ad leg.Aquil.potes rñdere q, vt dixit Io. de Imol.in d.l.eandem,illud non videtur probari in d.l.ita vulneratus

ADDITIONES.

a ¶Putà, aduocato.Vide pleniſſime per do.Gui Papæ in q.exe.mei. in honorarijs. & adde q aduocato debetur ſalarium,ẽt ſi nihil conuentum eſt l.j.§.in honorarijs & ibi Bar.ff.de va.& extraordi.cog.& tenet Bal in l.j.C.man.idem videmus in notarijs & tabellionibus rõne laboris,quib.ſalariũ debeẽ,licet non ſit ꝓmiſſum,vt hẽ in d.l.j.§.ludi.& p Bal.in d l.j.C.mã.& hẽ in c. ſtatutũ.§. notariũ.de reſcr.in vj.& in medico.& in ſpecie hẽ q ꝑꝑ labores & operam debeẽ ſalariũ, à iudice cõſtituendũ,licet de eo nihil ſit conuentũ,vt cõcludit Soc. in cõſi. cxcvj. inci.circa præſentẽ cõſultationẽ.ver.ij.principaliter.in ij.vol.& de hoc dicit ibi Bar.ff.de va.& extraor.co.& tenet Bal.in d.l.j.C.man.& vide per Gui. Papæ in q. lxviij.inc.do.Pet. vbi dicit qđ ſi eſſet vnus laborator,aut alius qui quotidie lucrantur eorum dietas,q de iure deberent eis ſolui ſalaria qualibet die vltra expenſas,aliter officiũ eſſet eis damnoſum.qđ nõ eſt dicendũ Et quid ſi ſalariũ debeẽ ex conuẽtione in caſib.in quib.deberet ex legis diſpoſitione, vt qñ mittiẽ ꝑ doctorib.& aduocatis,& de certo ſalario cõuenit,an idẽ iudicari dẽat ac ſi deberet ex diſpõne legali vide Saly.in l.ſed addes.§.Papinia.ff.loc. Hen.Ferran.

b ¶Ex quo infert Pau.de Ca.Hic adde,q ꝯria opi.eſt verior q̃ teneo,& ita,conſulendo & iudicãdo ſequerer Bar.& Fulg.in d §.ſi domus.quia quotieſcunq; ille q locauit nõ eſt in damno,nõ p̃ot aliqd cõſequi à cõductore.ꝓbo,q̃a actio locati cõpetit ad intereſſe.l.ex cõducto.in prin.j.lo.& ita ꝓbat tex.in d.§. ſi domus. ibi,agere,hic cõductores ex locato.ſi ergo alteri locauit eadẽ mercede,certè ceſſat oẽ intereſſe,nec ob.ar.Pau.de Ca.q iſt locus pœne,q̃a tex.nõ aperit, nec dẽ q illa merces debeaẽ integra noĩe pœne,& ita tenẽdũ eſt vt ẽt tenet Alex.hic.F.

ratus, q̃a ibi non dicitur ꝙ fingatur q̃s bis mori, sed benè fingitur plures simul vnũ occidisse, ꝙ non est impossibile. facit. l. itẽ mela. §. sed & si plures eo. ti. Ad p̃dictorũ ꝯfirmationẽ facit id ꝙ no. Bar. in l. i. ambiguo. j. de reb. du. vbi ꝑ istũ tex. dixit ꝙ q̃n vna lex habet plures intellectus, nõ possumus sumere fundam̃ ex illa. l. nisi qua tenus alia ratione, vel. l. ꝓbat̃, ergo cũ lex ista in fi. habeat plures intellectus, nõ possumus sumere fundamentũ ex hac. l. ad probã dum dictã vltimã lec. nisi alia rõne probetur. ¶ In gl. in ver. legatis ſm oẽs opi. traditas in glo. oportet ad dictionẽ, legatis, subaudire quondam. vt etiam fit in l. diuortio. in glo. ij. j. de neg. gest. in l. eius qui in prouincia. in ver. defuncti. j. si cer. pet. & in l. si q̃s rerum. §. itẽ. Iulianus. el. j. j. de lib. leg. & in l. viro. cũ gl. j. sol. ma. in c. cũ ꝯ. de pig. Item oportet ſm Ful. exponere verbũ, est, ꝓ erat, & ꝑꝑ hoc ipse accipit verbũ p̃stitutũ ꝓ statutũ seu determinatũ, quã expositionem nõ approbaui. s. in ij. no. Vñ à gl. non discedo. Nec obst. ꝙ tex. hic vtat̃ verbo est, q̃a verbũ, est, põt referri ẽt ad p̃teritũ. l. verbum erit. j. de verb. sig. Ac ẽt vr̃ ꝙ non sit necesse subaudire dictionem quandã, q̃. i. dũ tex. hic dicit, à legatis p̃stitutũ est &c. nõ loq̃t de p̃side defuncto, sed in gñe de legatis seu p̃sidib. patet q̃a loq̃t in plurali. In prin. aũt q̃n locutus ẽ. l. C. de p̃side mortuo in officio locatus fuit in singulari. et iõ vr̃ ꝙ sit bona expositio p̃stitũ. i. pręstandũ à legatis, & sic intentio lr̃ę sit, ꝙ mortuo p̃side seu legato durante officio salariũ, qđ regulariter à legatis, seu à p̃sidib. p̃standũ est assessorib. debeat̃ comitib. dicti legati defuncti pro toto tẽpore. Et aduerte, q̃a dicit Bar. circa istã. j. partẽ hu⁹. l. circa. quã posita est gl. hic. qđ hęc prima pars põt intelligi trib. mod. Primo, q̃n salariũ erat pręstandũ soli assessori. Scđo, q̃n erat praestandũ vtrique. Tertio põt intelligi in salario p̃stito p̃sidi quod per haeredem p̃sidis p̃standum erat assessori. Sed mihi videtur ꝙ iste tertius intellectus sit idem cum primo. ¶ In glo. in ver. p̃stitutum circa princ. Conclusio glo. vr̃ esse ꝙ per istam. l. & ꝑ. l. post duos. alle. in glo. salarium p̃sidis defuncti non completo officio, debeatur ꝓ integro tp̃e totius officij haeredib. suis, q̃a aliàs esset iniquum ꝙ haeredes p̃sidis tenerẽtur integre soluere assessorib. vt hic dicitur in tex. ipsis aũt haeredib. non solueretur integre. 13 † Et ſm istum intellectũ, videt̃ hic esse tex. ꝙ si potestas alicuius ciuitatis decedit nondum finito officio, ꝙ debeatur ei seu hr̃di suo integrum salarium. Sed Bar. dicit ꝙ iste tex. ñ facit, q̃a tex. loquit̃ q̃n decedit ille q̃. dẽt, sed in q. prędicta decessit ille cui debetur. Fatetur tñ decisionẽ esse veram, per d. §. diuus. cum ibi no. & firmat gl. in l. si vno §. item cum q̃dam. ff loc. & ẽt potest dici istũ tex. probare inducendo. vt proxime dixi post glo. & ita tenet Gui. de Suza. & Gui. de Cu. Bart. Ang. & Bal. & Saly. & Lud. Ro. hic. Refert tamẽ Bar. hic ꝙ q̃dam Bertrandus, de Monte Fauentino tenebat ꝯrium per aliqua quae hic refert Bart. vt hic poteris videre per eum. Et opin. illius Bertrandi sequitur ẽt hic Iac. But. Ric. de Saly. & Fulg. hic qui etiã refert ita tenuisse Pet. & Cy. vt etiam refert Bald. in c. j. quis dicatur dux. i. vsib. feu. vbi ẽt hoc sequi videtur Bal. & mouent principaliter, quia cum nõ stet per ciuitatem, sed per eum q̃ locauit operas suas. i. ꝑ potestatẽ, q̃uis procedat à casu, non debet teneri ciuitas. vt in §. item cũ quidã. & l. item illa. in prin. j. de ꝯst. pecu. Nec obs. illud ꝙ dicitur hic de assessorib. seu comitib. q̃a non stat ꝑ eos & ipsi sunt actu parati, iõ debet̃ eis salariũ q̃uis per casum praestare non possint operas, vt. j. loca. l. qui operas. & l. si quis domum. in §. imperator. aliàs est sub. l. si quis fundum. secundum vnum intellectum, & l. sed addes. §. cum quidã. Sed in q. nostra potestas non est paratus praestare operas, ergo eo defuncto, vel haeredi suo nõ debetur salariũ. d. §. item cum quidam, quinimmo, ſm Fulg. ista. l. potius facit ꝯ op. glo. & seq. q̃a si verum esset ꝙ hic hęredib. praesidis esset soluendum totum salarium, tunc dubium principale huius. l. cessaret. & tunc clarum fuisset ꝙ haeredes deberent soluere comitibus. Respondent etiam ad d. l. post duos. quòd illa. l. facit potius ꝓ ista opi. quia ibi est speciale in patronis, & aduocatis fisci. Et per illam. l. corrigitur text. in l. petitionem. eodem titu. Respondet etiam ad d. §. diuus. ꝙ loquitur in repetente solutum, & facilius denegatur repetitio repetenti solutum, quàm concedatur actio vt soluatur illud, quòd nunquam fuit solutum, q̃a primo casu tractatur de absolutoria. secundo de condemnatoria, iõ maior fauor praestatur primo casu liberationis. arg. leg. Arrianus. j. de act. & oblig. Non obst. etiam si dicatur ꝙ resultaret iniquitas si praeside defuncto in officio non debeatur hęredibus integrum salarium, attento quod haeredes tenentur pro toto tempore soluere salarium comitibus & assessoribus vt hic. Quia r̃ndet Fulg. ꝙ non tenebuntur hęredes praesidis, sed respu. quę huiusmodi stipendia regulariter soluere debet, vt innuit tex. in l. fin. j. eo. Vel ẽt põt respon. ſm eum, quod hęredes teneri non est inconueniens, q̃a sicut sperabãt lucrũ, si vixisset p̃ses toto tp̃e officij, ita sentiunt hoc casu damnũ. arg. l. si pater puellę. C. de inoffi. test. Et subdit Ful. se putare hanc partem esse de iure veram, tñ in practica ꝑꝑ authoritatẽ gl. & cõem opi. ſm eum, esset tenenda. gl. vbi consuetudo nõ repugnaret prout repugnare dicit. Posset ẽt vltra p̃dicta ꝯ opi. gl. adduci tex. in l. his scolaribus. & in l. pe. in fi. C. de ero. mil. anno. lib. xij. vbi si milites decedãt, solum, pro rata tp̃is quo seruierunt, transmittunt ad hr̃des suos stipendium. Tñ puto verã esse opi. glo. & sequa. quae vltra superius allegata comprobatur. per l. matriculã. C. de agẽ. in rebus. & l. si q̃s in sacris. C. de proxi. sacro. & l. j. C. de primipilo. lib. xij. ꝑ quae Bar. satis late istã partẽ tenet in suo consi. inci. quidam capitaneus de castello. & Bar. & Ang. in l. fi. C. de domest. & protec. lib. xij. & Bar. i. d. §. diuus. & Saly. in d. l. sed addes. §. fi. j. loc. aliàs est. l. quę inci. Papinianus. & r̃ndet. ad l. his scolarib. & ad l. pe. ꝙ ibi loquit̃ in stipendio, ꝙ principalr̃ respiciebat 14 laborẽ, non dignitatẽ. † nã ibi loquitur in eo ꝙ debetur ꝓ militia, quę nõ est dignitas. vt not. in l. j. C. de equestri digni. lib. xij. & ꝓbat̃ in. l. fi. C. de iu. om. iud. vbi ponunt̃ militia & dignitas tanq̃ species differentes. probatur etiã in l. operis. ff. de oper. lib. iuncta. l. j. C. ad l. Visel. & l. fi. C. qui mil. non pos. lib. xij. & probatur etiam in l. maior. C. de digni. & no. Bar. in l. j. eo. ti. & in l. ex eo. ff. de test. mil. & in d. ꝯsi. & eodẽ mõ r̃nde ad d. §. itẽ cũ quidã. & ad d. §. Imperatores. ſm vnũ intellm̃. ad quę iura vltimo allegata ẽt. j. proxi. aliã r̃nsionẽ dabo. Secus in eo salario, ꝙ respicit nedũ laborẽ, sed dignitatem. vel etiam probitatẽ scientię vel intellectus. vt in d. l. matriculam & l. si quis in sacris cũ alijs proxi. alle. & l. legatus. la ij. §. j. j. de legatio. 15 plenius per Bar. & alios in locis. s. alle. † Nec ob. si diceretur quòd dicta iura loquuntur in casibus specialibus, q̃a dic ꝙ immo obtinẽt vim constitutionis generalis, licet ad certas personas directe & scriptę inueniantur, nisi expresse in lege cõtineatur ꝙ non trahatur ad aliam personam, vt habetur in j. consti. Codi. §. pe. & ibi gl. in ver. praescripte. l. neque Dorotheum. C. de decur. lib. x. & nota. Barto. in praealle. consil. facit. l. regulatorum. §. interdicere. & ꝙ ibi not. Bart. in ver. ij. no. & c. j. de interdi. & rele. Et per hoc apparet ꝙ Fulgo. non bene respondet ad d. l. post duos. Ad argumenta vero quae adducebantur per dictum Bertrandum respondet Bart. hic, ꝙ ideo aliud est in q. nostra, quę ſm eum, deciditur per casum huius legis, quia hic debeatur salarium praesidi intuitu suae personae, & aliorum. s. officialium, in quorũ persona non superuenit impedimentũ. Sed ista responsio, quamuis videatur vrgere ad tenendum ꝙ salarium pro rata debita officialibus transmittatur ad haeredes, tamen non vrget pro alia rata concernente praesidem. vñ melior est responsio quã dedi. s. ad d. l. his scolaribus. cum si. Nec ẽt bona videtur responsio. s. data ꝑ Fulg. ad d. §. diuus q̃a illud ꝙ ipse dicit, procedit q̃n solutũ erat aliquo iure debitum, licet non omni iure. nã verũ est ꝙ facilius denegatur repetitio, q̃ concedat̃ actio ad id ꝙ nunquam fuit solutum. exemplum in eo quod erat tantum naturaliter debitum. l. cũ quis. & ibi plene not. C. de iur. & fac. igno. l. j. cum ibi no. j. de condic. inde. sed non procedit in eo ꝙ esset omni iure indebitum, quia debet posse repeti, vt per totũ. ti. j. de cõdi. inde. Ergo si salarium ꝓ toto tp̃e nõ debetur mortuo eo cui salariũ designatũ erat, deberet posse repeti ꝓ rata tẽporis decurrẽdi post mortẽ. cuius ꝯnum dr̃ in d. §. diuus. Specialibus ẽt r̃nderi põt ad d. §. item cum quidã. & ad d. §. Imperatores. ſm vnũ intellm̃, ꝓut r̃ndet Bar. in d. §. diuus. & in d. consi. s. ꝙ ibi loquitur q̃n merces debetur ex contractu bonae fidei, non surrogato in locum alterius dispositionis legalis. sed nos loquimur q̃n salarium debetur ex dispositione legis, vel statuti, seu ex ꝯtu surrogato in locũ dispositionis legalis. quo casu iudicatur ac si deberetur ex dispositione legis vt dixi. s. in ij. no. & ita loquuntur iura allegata 16 pro ista parte. † Limitat tñ & declarat p̃dicta sing. Iac. Bu. & Saly. in d. l. si vno. §. item cũ quidã. & Saly. in d. l. sed addes. §. fi. ꝓcedere q̃n vna tñ praestatio erat facienda pro toto officio, seu pro toto tẽpore, secus si plures, vt quia per singulos menses erat statuta praestatio q̃a tunc transmittit decedens ad haeredes solum p̃stationẽ illius mensis in quo decedit, & similiter idem si per singulos annos statuta erat praestatio. alle. d. l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. & ita dicunt debere intelligi illud ꝙ habetur h̃, & ita etiã no. Saly. in d. l. post duos. & refert ẽt hanc limitationem Bal. in c. j. ad fin. in ti. quis dicatur dux, c. omnes &c. licet de Ia. But. mẽtionem non facit. & alle. in argu. l. qui concubinam. §. vxori. in versic. quantolibet. j. de leg. iij. ꝙ est diligentissimè notandum pro vtili limitatione totius praesentis materię, si est verum. Tamen, licet Bald. & Saly. non dicant, nihilominus Bart. in proposito tenet ꝯrium. in d. §. diuus. cũ seq. in ver. ij. casu q̃n ex dispositione legis &c. & etiã in ver. quero aliquis est &c. & per d. l. si q̃s in sacris. & per. d. §. diuus. ꝙ intellige vt ibi per eum, distinguentẽ, ex cuius distinctione apparebit aliquo casu posse saluari limitationẽ datã per Iac. Bu. licet Bar. de eo mentionẽ nõ faciat. ad ꝙ ẽt vide quae. j. proxime dicã. & quia Bart. in d. §. diuus. magis cõiter reperitur corruptus & defe-

ctiuus adeo q nõ potest pcipi sensus. ideo refero verba eius put
necessario, & fm veras lec. haberi debet. Nam dicit, quæro, aliquis
est cõductus ad legendum, vel ad aliquod officiũ, sub certa merce
de præstanda omni mense, vel omni anno, vtrum, si interim deci-
dit, debeat habere pro illo mense tm, seu pro illo anno tm, vt s. di-
xi. Ad huius euidentiam debes scire q operæ qñq; non limitãtur
tẽpore. sed conducuntur respectu alicuius certi facti. exemplũ in
aduocato qui conducitur ad vnam cãm, & in legato, qui mittitur
pro vna causa tm. Quandoq; officiũ, siue operæ alicuius limitan-
tur tempore tm, non respectu alicuius certi facti, exemplũ in ad-
uocato fisci, & in aduocatis monasteriorum, qui recipiũt certam
mercedẽ vel quantitatẽ pro qualibet causa, quæ occurrit illo an-
no. quædã sunt operæ, quę limitanẽ respectu certi facti limitati cer
to tẽpore. exemplum in doctore, qui eligitur pro vno anno ad lec.
codicis vel ffforũ. nam conducitur respectu illius lec. tñ illa lect. est
17 limitata vt fiat intra illum annũ. ¶ †Primo casu, non est dubium q
vna est obligatio ppter vnũ factũ ad q cõducitur, & ideo licet p-
stationes sint faciendæ diuersis temporibus, tñ totum salariũ de-
18 bet habere, vt in hoc §. diuus. ¶ †Secũdo casu, debes aduertere ad
verba promissionis. Aut enim promittitur vnum salarium pro to
to tempore, & postea fit distributio solutionis per menses, vel an-
nos. & tũc dicit vna obligatio, & similiter deberetur pro toto tem
pore l. lecta. j. si cert. pet. Si vero promissio sit annua, vel menstrua,
tunc videntur esse tot obligationes, quot sunt anni vel menses. &
l. loquor in obligatione legali, vel quæ succedit in locum legalis,
19 vt d. l. post duos. ¶ †Tertio casu. s. in doctore, dico idem q respectu
cuiuslibet facti non attento tempore, dicatur vna conductio. Itẽ
nõ attẽta solutione, vnde licet debeat fieri solutio qbuslibet sex
mensibus, tñ qa hoc totum fit pro lect. vnius libri, vna est obliga-
tio, & totum salarium debet habere pro lec. illius libri, puta codi-
cis: sed pro alia seq. lec. s. ffforũ erit alia obligatio. ar. huius §. diuus.
& facit. ff. loc. l. ea. l. §. locaui. ita residet Bart. in d. §. diuus. licet ipse-
met in eo. §. in ver. superius alle. incip. tertio casu, qñ ex dispositio-
ne &c. i fine distinctionis ibi positę dixerit simplr, q potestate mor
tuo, salarium totum totius anni debetur, nõ attẽto an electio vel
solutio esset annua vel menstrua. Sed attendẽda esse verba pmis-
20 sionis, vt s. relatum est, & illud magis placet. †Iuxta prædicta quæ-
rit Pau. de Cast. hic, quid in assessore, qui moritur in officio nondũ
finito, an transmittat salariũ integrum ad hæredes, & rñdet q nõ,
quia alia est ratio in præside q̃ in assessore, quia hæredes assessoris
non tenentur alijs, sed hæredes præsidis sic. Secundo, quia salariũ
debetur assessori solum per laborem, sed rectori seu presidi debe
tur pp dignitatem & honorẽ, vnde primũ dicitur merces, sm di-
citur præmium, & sic largius debet interpretari, & ita dicit senti-
re Bart. in d. §. diuus. sed caue quia Bart. expresse in d. §. diuus. in d.
ver. iij. casu, qñ ex dispõne &c. tenet q immo trãsmittat assessor sa-
larium ad hæredes pro integro tpe, si vna præstatio facienda erat
d. l. legatus. puta, si erat conductus ad biennium pro centum du-
catis, si aũt præstatio erat facienda annua, tunc transmittat salariũ
21 illius anni tantum quo incipit d. l. post duos. †Sed præsides & etiã
potestates ciuitatum qui hodiernis tẽporibus reputantur de ma-
gistratibus, vt not. in l. iij. C. de sent. ex bre. reci. & in l. fi. in princ. C.
de præscri. lon. temp. & si eligũtur ad officiũ, q habet dignitatem,
transmittunt ad hæredes suos salarium pro toto officio, non facta
distinctione an annua facienda esset præstatio an plures d. l. si qs
in sacris. & d. l. matriculã. Adde ẽt q in hac q. de assessore Iac. o But.
h, sm q refert Salyc. in d. l. post duos. tenet q transmittat pro rata
temporis tm qua seruiuit. & pro eo facit, sm Saly. ne pręses vel po
testas duplici salario oneretur. l. salario defuncti, & surrogãdi, sed
sm Salyc. in d. l. post duos. hæc ratio parum valet, quia videmus q
in casu d. §. diuus clientulus duplici salario aduocati oneratur, &
ẽt respu. quando decessit pręses, vt s. fuit conclusum, vnde Saly. di
cit q Bart. in d. §. diuus. tenet q assessor pro toto tempore trãsmit-
tat ad instar aduocati. & istam opi. dicit Salyc. sibi placere cum di-
stinctione tamen. s. aut salarium erat vnicũ pro toto tempore offi
cij sui, & tunc totum transmittat, aut erat mẽsuale, & tunc pro il-
lo mense, per d. l. post duos licet ipse non dicat. dic q etiam Bar. in
d. §. diuus. videtur hanc distinctionem approbare. Subdit Sal. in d.
l. post duos. q prędicta cõclusio põt pcedere in assessoribus haben
tibus officium publicũ, sed in assessore alicuius delegati ad certã
cãm forte, sm eũ, opi. Ia. Bu. s. pxime relata, est vera. in quo Sal. re-
linquit cogitandũ sed cõnũ puto verius p d. §. diuus. in ver. cũm. li-
cet Saly. referat q Iac. But. ponit q. h de assessore decedente, tñ nõ
ponit hic in libro meo. Et in mã vltra prædicta vide aliquid p Bal.
22 in l. 4. C. de suffra. & in l. e de. C. loca. †Iuxta prędicta quęrit Bar. hic
quid si ptãs non est ingressus offim, sed se præparauit, & antequã
ingrederet decessit, an ei debeatur salariũ, sicut dictum est, de in-
gresso, & distinguit, aut est ingressus per alium in casu à iure per-
missio, & est perinde ac si ipse esset per se ingressus, aut neq; p se,
neq; per alium ingressus est, & tũc secus vt hic per eũ. Sed Ro. hic
in primo mẽbro tenet cõ Bart. quia priuilegium transmittendi ad
heredes integrũ salariũ, nõ debet qs hr̃e qñ seruit p substitutum
l. fi. j. de exc. tu. vñ tenet indistinctè, q siue misit aliũ, siue neminẽ, ñ
trãsmittit ille q p se nõ est igressus, & p hoc alle. d. l. j. C. de primi-
pillo. vbi spãle est i primipillo, vt ẽt si nõ cœperit, trãsmittat ad hæ
redes. sed certe nec tex. ibi, nec gl. ibi istud dicit, ĩmo potius tex. ibi
cũ gl. in ver. administrationẽ. dixit cõtrũ. l. q iã ingressus fuerat offi-
ciũ ante mortẽ. Itẽ dato q ille tex. diceret illud ad q allegaẽ p Ro.
& q ibi spãle esset in primipillo, vt trãsmittaẽ ẽt si nõ sit ingressus,
tñ nõ sequiẽ q ille tex. pbet q alius nõ trãsmittat si p substitutum
23 igressus est, cũ ibi nihil de substituto dicaẽ. †male ẽt vr̃ dicere Ro.
in primo mẽbro, dũ vult q nõ gaudeat ĩmunitate ille, q adimplet
p substitutũ, nã hic vr̃ cõ tex. in l. i. filijs decurionũ. & l. neminẽ ver.
ne tñ. C. de decu. lib. x. & in terminis firmat And. de Barulo & Io.
de Pla. i l. fi. C. de comi. rei lib. xij. & rñdet ad d. l. fi. j. de exc. tu. q ibi
loquitur in officio vili. s. pistorũ. Ideo eis difficilibus cõcediẽ habere
priuilegiũ, qñ seruiũt per substitutũ. Præterea illa lex nõ habet lo
cũ, qñ esset principalis impeditus, & sic nõ seruiebat ibi per substi
tutũ ex volũtate, sed ex necessitate, & sic nõ loquiẽ in casu in quo
loquiẽ Bar. hic, q loquiẽ qñ pp impedimentũ & sic ex necessitate
mittebat, & dicit expresse Bal. in d. l. fi. j. de exc. tu q illa lex non ha-
beret locũ qñ principalis esset ĩpeditus, facit l. de pollicitationib.
24 j. de polli. & l. j. ver. huius rei s. n. j. †Adde q ẽt Bar. in d. §. diuus. tetti-
git istũ ar. & ibi tenet q transmittat ad hæredes, qa in istis magnis
officijs, put hodie est officiũ eorũ, q creanẽ ptãtes ciuitatum, vt di
ctũ fuit, super hac gl. à die p̃sentatæ electionis, cõsequiẽ electus di
gnitatẽ l. j. C. de cõsu. lib. xij. no. in auc. sed ẽpalis dignitas. C. de epi.
& cle. & in §. filius. insti. qui. mo. ius. pa. po. so. & in auc. de admi. §. j.
coll. vij. Bene facit q no. gl. i d. §. diuus. dũ refert vnã opi. sm quã ad
uocatus decedẽs ẽt anteq̃ aliqd faciat, debet hr̃e salariũ. Et rñdet
ibi Bart. ad d. l. si pecuniã. in princ. j. de cõdi. ob cau. q ibi loqẽ in cõ-
tractibus innominatis in quibus est locus pœnitentiæ & sic Bart. hic
non bene fundauit opin. sumẽdo fundamentũ ex d. l. si pecuniã.
per quã tenet cõtrariũ eius q ipsemet tenuit in d. §. diuus. Et vere
a puto q commentũ huius legis insertum lr̃is Bar. non fuerit Bar.[a]
vt patet ex stylo eius, ex cõrietatibus & varietatibus quę reperiun-
tur in commento huius l. habito respectu ad ea quę Bart. dixit in
d. §. diuus. & in alijs locis, vbi tangit istam materiam, de quibus di-
xi. s. Et dicit Ioan. de Imo. in l. is qui reus. j. de pub. iu. q forte illud
q hr̃ in hoc primo li. ffforũ in lect. Bar. nõ fuit cõmentũ Bart. & dicit
satis patere ex eo, qa dicta in hoc primo li. cõrianẽ dictis per Bar. in
alijs locis. itẽ ẽt colligiẽ ex no. per Bar. in lec. Mod. in rub. j. de ac. hę
re. in prin. Redeundo ad principalẽ q. s. proxime formatã, addo q
Bal. i c. j. in fi. tit. q s dicaẽ dux Marchio &c. tenet q si nõ cœperit ge
rere, vt qa decessit in itinere nihil trãsmittit, qa cõmoda officij post
administrationẽ incipiũt deberi. & alle. d. l. j. C. de primipil. & sic, si
bñ inspiciaẽ opi. Bal. ibi, cõformis est opi. Bar. hic, cõtiaẽ opi. Bart. in
d. §. diuus. Et mihi magis placet opi. quę poniẽ hic p Bart. q̃ illa q̃
tenet in d. §. diuus. qa nõ vr̃ bona rõ illa quę reddiẽ p Bar. in d. §. di
25 uus. †qñ non est verũ rr̃ q ex electione acquiraẽ dignitas electo,
pterq̃ in illis supremis dignitatib. cõsulatus, & patriciatus. l. ex eo.
cũ ibi no. & p gl. & Bal. j. de test. mili. & in l. fi. C. de decu. lib. x. l. Pu
blius. in prin. ff. de cõdi. & demõ. & ita no. in d. l. fi. C. de cõsu. lib. xij.
cũ cõcor. s. alle. & ista opi. s. q reqraẽ q gerere cęperit ad hoc vt trãs
mittat, vr̃ ẽt probari in l. post duos. in ver. peragere cœperit. C. de
aduo. diuer. iudi. & licet Bar. in d. § diuus. dũ tãgit. q. de aduocato,
qui decessit anteq̃ aliquid faceret in cã, videaẽ rñdere ad illã l. post
duos. & illa rñsio videaẽ posse stare q̃tum ad q. q̃ ibi tãgit Bart. de
aduocato cõducto ad vnã cãm. Tñ in magistratu cuius officiũ est
limitatũ tpe, saltẽ quo ad vnicũ, nõ vr̃ q illa rñsio possit adaptari.
Istã opi. ẽt vr̃ tenere Ioan. de Imo. in c. pp de loca. vbi dixit q non
seruatur in practica illa opin. quã tenet Bar. in d. §. diuus & q ratio
Bar. ibi non est bona, inquantum dicit q ex præsentatione electio
nis acquiuntur dignitas. Nã sm Ioan. de Imol. videmus q electio-
nes præsentanẽ ante finitũ tempus officij illius potestatis, cui ele-
ctus debet succedere. Et sic cũ alius adhuc sit in ea dignitate, non
potest iste in eadẽ esse. quæ ratio cessat in casu legum allegatarũ
per Bar. sed intrasset officiũ, licet decessent in officio, bene fatetur
26 q tũc haberet salariũ p id q legiẽ & no. in d. §. diuus. ¶ †In ea. gl. in
fi. inquantũ glo. dicit q iã erat p̃stitũ legatis &c. innuit hæc gl. sm
Ful. q si nõ fuisset p̃sidi p̃stitũ salariũ, nõ deberet assessori q sed m
eũ est cõ. d. l. sed addes. §. pen. & fi. alias est l. sequens. Vel etiam dici
potest

ADDITIO.

a ¶Bar. Vide apostil. meam in proce. ffforum, in j. apost. ad lect. Bart. nouiter impressis. Tho. Diplo.

